

*B*: Bern 618 ff. 51r-74r, saec. XI/XII

De locis

- a divisione
- a contrariis, subcontrariis, subalternis
- a paribus
- de locis compositis

De locis secundum Tullium

De quaestione

De argumento

De argumentatione

De syllogismo

De syllogismo categorico

- de prima figura
- de secunda figura
- de tertia figura

De syllogismo hypothetico

- a conditionali simplici
  - de primo modo
  - de secundo modo
  - de tertio modo
  - de quarto modo

a conditionali composita

- ex categorica et hypothetica (I)
- ex hypothetica et categorica (II)
- de mediis (III.1)
- quattuor terminos (III.2)

de disiunctis

De modalibus

<igitur ista> est falsa,  
scil. ‘*non omnis homo est animal*’.

L(ocus) a divisione facta per negationem. M(axima): Quotiens aliqua divisio / fit per negationem, si una pars eius est vera, altera est falsa.

Vel possumus alteram partem divisionis / assumere, hoc modo.

Aut omnis homo est a(niaml)  
aut non omnis homo est a(nimal),  
sed ista est falsa, scil. ‘*non omnis homo est / a(nimal)*’,  
igitur ista est vera, scil. ‘*omnis homo est a(nimal)*’.

Idem locus. M(axima): Quotiens aliqua divisio fit per negationem, / si una pars<sup>1</sup> est falsa, altra est vera.

Indirecta argumentatio est illa, in qua descenditur de una / parte divisionis ad aliam concludendo, prius tamen impossibili demonstrato, hoc / modo.

Aut omnis homo est a(nimal)  
aut quidam homo non est a(nimal).

Sed Quidam homo non est a(nimal),  
igitur quidam homo est / non a(nimal).

Locus ab aequipollentibus.

Quidam homo est non a(nimal),  
igitur quidam non a(nimal) est homo.

A simplici conversione.

Quoddam non a(nimal) est homo,  
ergo quoddam non a(nimal) est animal.

A parte. Et hoc impossibili demonstrato con/cludimus alteram partem divisionis, hoc modo:

Igitur omnis homo est a(nimal)

L(ocus) a divisione facta per negationem. / Regula: Quotiens aliqua divisio fit per negationem, si una pars eius assumitur et ex ea inpos/sibile demonstratur, alia pars necessario est concludenda. /

<S>equitur locus a divisione quae neque fit per partitionem<sup>2</sup>  
neque per negationem.

Divisio quae neque / fit per partitionem neque per negationem, hoc modo dividitur. Divisionum, quae neque fit per partitionem neque per negationem, / (1) alia est totius universalis in partes, (2) alia est totius

---

<sup>1</sup> pars] par *B*

<sup>2</sup> partitionem] partitio(n)e *B*

integri in partes, (3) alia est vocis in significationes, / (4) alia est subiecti in accidentia, (5) alia accidentis in subiecta, (6) alia accidentis in accidentia.  
/

(1) Illa divisio dicitur esse totius universalis in partes, quae fit ad innuendum<sup>3</sup> quae <diversa> praedicabi/lia ~~sive non~~ praedicabilia sub quo praedicabili habeant contineri, ut ista: Anima/rium<sup>4</sup> aliud est rationale animal, aliud irrationale. Haec eadem divisio est generis in species, quia fit ad / innuendum quae diversae species sub quo genere contineantur. Et sciendum<sup>5</sup> quod omnis divisio / generis in species est divisio totius universalis in partes, sed non convertitur.

(2) Divisio totius integri <in partes> / est illa, quae fit ad innuendum quod totum integrum ex quibus partibus habeat constitui, / ut ista: Istius domus est pars alia iste paries, alia hoc tectum, alia hoc funda/mentum.

(3) Divisio vocis in significationes est illa, quae fit ad innuendum quae diversae significationes / qua<sup>6</sup> voce significantur, ut haec: Ista vox, scil. ‘canis’, significat latrabile animal et caeleste sidus |51v| et marinam belluam.

(4) Divisio subiecti in accidentia est illa, quae fit ad innuen/dum quae diversa accidentia rebus cuius universalis habeant convenire, ut ista: / Hominum aliis est albus, aliis niger, aliis medio colore coloratus.

(5) Illa vero est divisio / accidentis in subiecta, quae fit ad ostendendum quod accidens in quibus subiectis habeat / existere, ut haec: Bonorum aliud est situm in anima, aliud est situm in corpore.

(6) Divisio / accidentis in accidentia est illa, quae fit ad innuendum quae accidentia prima / et bina alicui convenient, ut ista: Alborum aliud est molle, aliud durum. / Haec divisio fit ad innuendum albedinem et duritiae convenire alicuius substantiae / et mollitiae convenire alterius<sup>7</sup>. /

¶ <D>ictum est qualiter divisio, quae neque fit per partitionem neque per negationem, dividatur. Nunc / videndum est qualiter argumenta fiant secundum locum ab illis divisionibus.

(1) Secundum locum a di/visione totius universalis in partes hoc modo fit argumentum.

Animalium aliud est rationale, aliud ir/rationale,

---

<sup>3</sup> innuendum] inueniendu(m) *B*

<sup>4</sup> Animalium/Aia/liu(m) *B*

<sup>5</sup> sciendum] sciende *B*

<sup>6</sup> qua] q(uae) *B*

<sup>7</sup> alterius] alii *B*

sed Socrates est animal rationale,  
ergo Socrates est animal.

L(ocus) a divisione totius universalis in partes. / R(egula): Quotiens aliquod totum universale sufficienter dividitur per sua partes, si una / illarum partium praedicatur de aliquo, suum totum praedicatur de eodem.

Vel possumus assumere hoc / modo:

sed iste lapis non est animal,  
ergo iste lapis non est animal rationale neque irrationale.

<Idem locus>. R(egula): Quo/tiens aliquod totum universale sufficienter dividitur per suas partes, si illud totum removetur / ab aliquo, et illae partes removentur ab eodem.

Vel sic possumus assumere:

sed iste / lapis non est animal rationale neque irrationale,  
igitur iste lapis non est animal.

Idem locus. M(axima): Quotiens / aliquod totum universale sufficienter dividitur per suas partes, si illae partes quae sufficienter dividunt / illum removetur ab aliquo, et totum ipsarum removetur ab eodem.

(2) Secundum locum a divisione to/tius integri per suas partes disponuntur<sup>8</sup> <argumenta>, hoc modo.

Ista domus constat ex illo pariete  
et / ex hoc tecto et hoc fundamento,  
sed istud rectum est corpus et hoc fundamento est cor/pus  
et hic paries est corpus,  
ergo haec domus est corpus.

<Locus a divisione totius integri per suas partes>. R(egula): Quotiens aliquod totum integrum / dividitur in suas partes, si aliquod praedicatur de singulis partibus eius (non oppositum |52r| toti ipsarum) , illud idem praedicatur de ipso toto.

Vel possumus negative assumere, hoc modo:

sed i/ste paries non est albus  
nec hoc rectum nec hoc fundamentum,  
igitur haec domus non est / alba.

Idem locus. M(axima): Quotiens aliquod totum integrum sufficienter dividitur per suas / partes, si aliquod oppositum illi toti removetur a partibus illud totum sufficienter di/videntibus, illud idem removetur ab ipso toto.

(3) Secundum totum a divisione vocis in significationes / hoc modo potest fieri arg(umentum).

---

<sup>8</sup> disponuntur] dis B

Haec vox ‘canis’ significat latrabile animal  
et caelestina sidus et mari/nam belluam,  
sed omne latrabile animal est substantia,  
et omne caelestina sidus est substantia,  
et omnis mari/na bellua est substantia,  
igitur omnis canis est substantia.

L(ocus) a divisione vocis in significationes. R(egula): Quo/tiens aliqua vox dividitur in suas proprias significationes, quicumque praedicatus terminus iungitur vo/cibus habentibus illas significationes ad veras propositiones universales affirmativas reddendas, ille idem praedicatus terminus iungitur / voci divisae eodem<sup>9</sup> modo.

Et etiam negative possumus assumere, hoc modo:  
sed nullum latrabile animal / est lapis,  
et nulla marina bellua est lapis,  
et nullum caeleste sidus est lapis,  
igitur nul/lus canis est lapis.

Idem locus. R(egula): Quotiens aliqua vox dividitur per suas significationes, / quicumque praedicatus terminus iungitur vocibus habentibus illas significationes ad veras propositiones universales negativas red/dendas, ille idem praedicatus terminus iungitur voci divisae eodem modo. /

(4) <S>equitur locus a divisione subiecti in accidentia, secundum quem locum sic possunt fieri argumenta. /

Hominum alius est albus,  
alius niger, alius medio colore coloratus,  
sed Socrates est homo, /  
ergo Socrates est albus  
vel niger vel medio colore coloratus.

L(ocus) a divisione subiecti in accidentia. / M(axima): Quotiens aliqua divisio fit ad innuendum quae diversa accidentia rebus / cuius universalis habeant convenire, si illud<sup>10</sup> universale praedicatur de aliquo, illa ac/cidentia praedicantur de eodem sub disiunctione.

Vel possumus assumere, hoc modo:

sed Socrates non est / albus  
neque niger neque medio colore coloratus,  
ergo Socrates non est homo.

<Idem locus. M(axima)>: Quotiens aliqua divisio fit / ad innuendum

---

<sup>9</sup> eodem] h(oc) B

<sup>10</sup> illud] illa B

quae diversa accidentia rebus cuius universalis<sup>11</sup> habeant convenire, / si illa accidentia prorsus removentur ab aliquo, illud universale removetur ab / eodem.

(5) locum a divisione accidentis in subiecta<sup>12</sup> fiunt argumenta, hoc modo.

Bonorum |52v| aliud est situm in anima,  
aliud est situm in corpore,  
sed dialectica est bonum,  
ergo est / sita in anima vel in corpore.

L(ocus) a divisione accidentis in subiecta<sup>13</sup>. M(axima): Quotiens / aliqua divisio fit ad inveniendum quid<sup>14</sup> accidens in quibus subiectis habeat fundari, / si illud accidens praedicatur de aliquo, illud de quo ipsum praedicatur et in aliquo subiectorum eius. /

(6) Item secundum locum a divisione accidentis in accidentia possunt disponi argumenta, hoc modo. /

Alborum aliud est molle, aliud est durum,  
sed hoc lac est album,  
ergo est molle vel durum. /

L(ocus) a divisione accidentis in accidentia. M(axima): Quotiens aliquod accidens divi/ditur per aliqua accidentia suff(icienter), si illud accidens praedictur de aliquo, et acciden/tia praedicantur de eodem sub disiunctione.

Et sciendum est quod loci a divisionibus, quae neque fuit / per partitionem neque per negtionem, dicuntur inherentes, quia ex eis eliciuntur argumenta secundum rerum cohae/rentia solummodo. Sed locus a divisione facta per partitionem dicitur medius, hac ratione quod ex eo eli/ciuntur argumenta secundum rerum cohaerentiam et discohaerentiam, ut si velimus argumentari secundum illum / locum, consideremus<sup>15</sup> unum eorum, quae sufficienter dividunt aliquid, adesse alicui, a/liud abesse eidem. Idem locus a divisione per negationem medius dicitur eadem ratione, ut si vellemus / arg(umentari) secundum illum locum consideremus<sup>16</sup> quod primam per<sup>17</sup> partem divisionis proponitur<sup>18</sup> aliquid

---

<sup>11</sup> universalis] ui(m) B

<sup>12</sup> subiecta] sub(stanti)a B

<sup>13</sup> subiecta] sub(stanti)a B

<sup>14</sup> quid] q(uod) B

<sup>15</sup> consideremus] c(on)scid(er)arem(us) B

<sup>16</sup> consideremus] 9sid(er)arem(us) B

<sup>17</sup> per] p(ro) B

<sup>18</sup> proponitur] p(ro)d(it(ur)) B

convenire aicui, et per secundam illud idem proponitur removeri ab eodem.  
/

<De aliis locis>

<D>ictum est quid loci sint extrinseci et quid medii et quid inhaerentes. Nunc videndum / est inter quos locos praedicti loci connumeratur, scil. locus a contrariis et a subcontrariais et <a contradictoriis et> a subalternis pro(positionibus), et sic de aliis.

Locus a contrariis pro(positionibus) dicitur extrinsecus, quia / contrariae pro(positiones) discohaerent inter se, quia sunt diversae qualitatis nec comitantur se in / veritate vel falsitate; et cohaerent similiter, quia habent eosdem<sup>19</sup> ter(minos) et sunt eiusdem quantitatis. /

Similiter locus a subcontrariis dicitur extrinsecus.

Item locus a contradic/toriis medius dicitur, quia contradictiones propositiones<sup>20</sup> cohaerent in hoc quod habent eosdem<sup>21</sup> terminos; et discohaerent, / quia sunt diversae qualitatis et una est vera et alia falsa.

L(ocus) a subalternis et ab aequipoll(entibus) / et a conversis dicuntur loci inhaerentes, quia subalternae pro(positiones) et conversae per contrapo(sitionem) et simpliciter |53r| et per accidens et aequipollentes cohaerent inter se, in hoc scil. quod comitantur se in eadem veritate / et falsitate; et discohaerent quod una subalternarum est uni(versalis) et alia parti(cularis), et conversae per contrapo(sitionem) discohaerent, [quia diversos habeant] quia diversos habent ter(minos), et sic de / aliis.

Similiter locus a paribus inter locos<sup>22</sup> inhaerentes est connumerandum.

Parius (1) alia / sunt paria naturaliter, (2) alia sunt paria ex accidenti. (1) Paria naturaliter sunt illa quae se comitantur / ita quod in quocumque est unum, et alium, ut homo et risibile. (2) Paria ex accidenti sunt <modo> paria / et modo non, ut homo sedens in hac domo et homo existens in hac domo. /

(1) Secundum paria naturaliter disponuntur argumenta, hoc modo.

Socrates est homo,  
ergo Socrates est risibilis).

L(ocus) a paribus / naturaliter se comitantibus. R(egula): De quocumque

---

<sup>19</sup> eosdem] ead(em) B

<sup>20</sup> propositiones] p(ro) B

<sup>21</sup> eosdem] eode(m) B

<sup>22</sup> locos] loc(us) B

praedicatur unum par, et reliquum.

Similiter / in negativis, hoc modo.

Iste lapis non est ri(sibile),  
ergo iste lapis non est homo.

Idem l(ocus). M(axima): A quocumque removetur / unum par, et reliquum.

<Similiter> ita quod vis arg(umentationis) sit in subiectis, hoc modo.

Omnis homo est a(nimal), /  
igitur omne risibile est a(nimal).

Idem locus. R(egula): Quicquid praedicatur de uno pari, et de alio.

In negativis, hoc / modo.

Nullus homo currit,  
ergo nullum risibile currit.

Idem locus. R(egula): Quicquid removetur ab / uno pari, et ab alio.

### <De locis compositis>

¶ <P>raetermissis<sup>23</sup> locis de quibus superius dictum est, sunt / alii loci compositi ex ipsis, scil. (1) locus a dupli parti et (2) a dupli parte (3) et a du/plici toto.

(1) Tunc est locus a dupli parti, quando subiecta sunt paria et paredicata / similiter.

Et secundum istum locum fiunt ar(gumenta), hoc modo.

Omnis homo est a(nimal),  
igitur omne risibile est sensibile.

L(ocus) a dupli parti. R(egula): Quotiens aliquod par praedicatur de aliquo pari, quod/libet par praedicati<sup>24</sup> paris praedicatur de quolibet pari subiecti paris. Sed cum dico ‘*omnis homo / est a(namal)*’, animal, quod est par ad sensibile, praedicatur de homine; et ideo sensibile, quod est par animalis, / praedicatur de risibili, quod est par hominis, cum dico ‘*omne risibile est sensibile*<sup>25</sup>’.

(2) Tunc est locus a du/plici parte, quando id quod subicitur per primam pro(positionem) est pars illius quod subicitur per secundam, et / id quod praedicatur per primam est pars illius quod praedicatur per secundam, hoc modo.

---

<sup>23</sup> Praetermissis locis] <P>ret(er) missis locis B

<sup>24</sup> praedicati] p(raedica)ri B

<sup>25</sup> sensibile] h(om)o B

Socrates est homo,  
ergo quidam homo / est a(nimal).

L(ocus) a dupli parti. R(egula): Quotiens aliqua pars totius universaliter praedicatur de alia / parte, totum praedicatae partis praedicatur de quolibet toto subiectae partis.

(3) Tunc est |53v| l(ocus) a dupli toto, quando id quod subicitur per primam est totum illius quod subicitur per secundam, / et id quod praedicatur per primam est totum illius quod praedicatur per secundam, hoc modo.

Nullus homo est lapis,  
ergo / Socrates non est margarita.

L(ocus) a dupli toto. R(egula): Quotiens aliquod totum u(niversaliter) / partis removetur ab aliquo toto u(niversaliter), quaelibet pars remoti totius removetur a qualibet / parte subiecti. Sed hoc uni(versale), scil. lapis, removetur ab hoc u(niversalis), scil. homo, cum dico / ‘*nullus homo est lapis*’. Et ideo hoc ipsum margarita removetur a Socrate, cum dico ‘*Socrates non est margarita*’.

¶ <S>equitur (4) locus a parte et a toto et (5) a toto et a parte.

(4) Tunc est locus a parte et a / toto, quando subiecta habent se ut pars et totum, et prae(dicata) habent<sup>26</sup> se ut totum et pars. /

Secundum istum locum dis(ponuntur) argumenta, hoc modo.

Socrates non est lapis,  
igitur quidam homo non est margarita.

Locus a parte / et a toto. M(axima): Quotiens aliquod totum partis removetur ab aliqua parte alterius totius, quaelibet / pars remoti totius removetur a toto subiectae partis particulariter vel indefinite. /

(5) Tunc est locus a toto et a parte, quando subiecta habent se ut totum et pars, et prae(dicata) habent se / ut pars et totum. Et secundum hoc ita fiunt arg(umenta).

Omnis homo est a(nimal),  
ergo Socrates est substantia.

L(ocus) a toto / et a parte. R(egula): Quotiens aliqua pars alicuius totius u(niversalis) praedicatur de aliquo toto u(niversalis) uni/versaliter, quodlibet totum praedicatae partis praedicatur de qualibet parte subiecti totius.

Et ad si/militudinem istorum locorum possumus alios multiplicare, videlicet locus a definitione / et a definito, et sic de aliis. Sed isti modo sufficient. /

---

<sup>26</sup> habent] h(abe)ant B

\*\*\*\*\*

¶ <D>ictum est de locis quemadmodum Themistius de eis tractavit.  
Nunc dicendum est de eis / quemadmodum Tullius de eis tractavit.

Themistius fuit [quia] Graecus subtilissimus dialec/ticus in doctrina locorum valde peritus. Qui, ut dicit Boethius (*De dif. top.* 1194B1-3), volens omnia ad facilitatem / intelligentiae revocare, id est ut omnia facile intelligerentur, fecit <in> tractatu locorum / illam trimembrem divisionem, quam superius habuimus, faciendo istam, scil. ‘locorum alius / est inhaeres, alius extrinsecus, alius medius’; et stricte accepit ibi inhaerentiam. / Tullius vero n(oster) a vet(er)o in locorum cognitione peritus de locis in suis Topicis tractavit; / et ipsorum bimembrem divisionem fecit solummodo, hanc scil. ‘locorum alius est inhaerens, |54r| alius extrinsecus’; et largius accepit inhaerentiam quam Themistius. Omnes enim lo/cos vocavit Tullius inhaerentes praeter locum ab auctoritate. Et inde talem / ----- ----- in commento super Topica Marcii Tulii, ideo vocavit / ----- ----- inhaerentes praeter locum ab auctoritate, quia omnes vis referuntur / ad id de quo agit et ex quadam regione respiciunt ter(minos) quaestio[n]is, ita voluit / intelligere illa verba, i.e. omnes<sup>27</sup> isti loci sunt habitudines illarum rerum quarum / una inducitur ad probationem alterius de qua agit in quaestione secundum aliquas proprietates<sup>28</sup> / sibi conveniente in quibus se respiciunt. Sicut locus ab oppositis, de quo minus videtur, / est habitudo illarum rerum quarum una inducitur ad probationem alterius de qua / agit in quaestione secundum aliquam proprietatem sibi convenientem in qua se respiciunt, scil. secundum oppositi/onem ----- videre possumus. Quaestio fit talis ‘Utrum Socrates sit lapis necne?’ . / Nos, volentes istam quaestio[n]em probare, inducemos hoc ipsum ‘homo’ ut inhaerens Socrati, / considerando illam proprietatem qua hoc ipsum ‘homo’ ad lapidem <habet>, oppositionem videlicet, et secundum hoc / ipsum illam ----- probare, sic.

Socrates est homo,  
ergo Socrates non est lapis.

Et ita dicendum est de / aliis locis. [] L(ocus) ab auctoritati vocavit Tullius extrinsecum, ideo quia non est habitudo / illarum rerum quarum una inducatur ad probationem alterius positae in quaestione secundum proprie/tatem sibi convenientem in qua se respiciunt, ut si quaestio esset

---

<sup>27</sup> omnes] o(mn)is *B*

<sup>28</sup> p(ropri)etas] p(orpi)etas *a.c. B*

utrum caelum sit vo/lubile an non, induceremus Platonem hoc dicentem et non secundum proprietatem quam habeat cum cae/lo, licet sit oppositus illi.

¶ <F>acta illa bimembri divisione a Tullio, scil. / ‘locorum (1) alius est inhaerens, (2) alius extrinsecus’, fecit talem di(visionem). Locorum inhaerentium (1.1) alius est a toto, / (1.2) alius a partibus aliquod totum coniungentibus, (1.3) <alius a partibus aliquod totum dividentibus>, (1.4) alius a nota, (1.5) alius ab effectibus<sup>29</sup>, (1.6) alius / a simili, (1.7) alius a differentia, (1.8) alius a contrariis, (1.9) alius ab adjunctis.

(1.1) Secundum locum a toto talem dis(posuit) / Boethius (*De dif. top.* 1196C12-15) arg(umentationem).

Omne animal est substantia animata sensibilis,  
sed nulla arbor est substantia animata / sensibilis,  
ergo nulla arbor esst animal.

Facta argumentatione signat lo(cum) a toto. Et per hoc innuit / quod illum locum, quem Themistius vocavit a definitione sive a descriptione, Tullius vocavit a toto. |54v| Et ideo vocavit Tullius locum a definitio a toto, quia definitio demonstrat substantiam / rei.

(1.2) Nunc de loco a partibus aliquod totum coniungentibus dicamus.

Partes / aliquod totum coniungentes sunt illae, ex coniunctione quarum aliquid constituitur, ut / potentia vegetandi et potentia <sentiendi et potentia> intelligendi, ex quibus anima rationalis / constituitur.

Secundum istum locum talem arg(umentatinem) dispositus Tullius.

Potentia vegetan/di non est res corporea,  
potentia intelligendi non est res corporea,  
po/tentia sentiendi non est res corporea,  
ergo anima non est res corporea.

L(ocus) a partibus / aliquod totum coniungentibus. R(egula): Quicquid removetur a singulis partibus aliquod totum / coniungentibus (oppositum toti ipsarum), illud idem removetur ab ipso toto. /

(1.3) ¶ <S>equitur locus a partibus aliquod totum dividentibus.

Partes aliquod totum di/videntes sunt illae, ad praedicationem quarum sequitur praedicatio totius. Secundum istum fecit Tullius / talem ar(gumentationem).

Et prius fecit talem divisionem: quod movetur secundum locum, aliud movetur secundum in/crementum, aliud movetur secundum

---

<sup>29</sup> effectibus] effectis B

diminutionem, aliud movetur de uno loco ad alium<sup>30</sup>. / Illud dicitur moveri secundum incrementum, quod crescit<sup>31</sup> et augmentatur occupando maiorem / locum quam primitus, ut arbor vel animal cum crescit. Illud dicitur moveri secundum diminutionem, quod occupat minorem partem quam prius, ut arbor cum detruncatur<sup>32</sup> / vel foliis exsiccatum et homo cum senescit. Illud dicitur moveri de loco ad locum, / quod transit de uno loco ad alium ita quod facit distantiam loci, sicut homo / quando vadit de uno loco ad alium. Facta divisione fecit talem arg(umentationem).

Anima non / movetur secundum incrementum,  
anima non movetur secundum diminutionem,  
anima non movetur / de loco ad locum,  
<ergo anima non movetur>.

L(ocus) a partibus aliquod totum dividentibus. M(axima): A quocumque re/moventur singulae partes aliquod totum dividentes, ab eodem removetur totum / ipsarum.

(1.4) ¶ <S>equitur locus a nota. Quod dictus est a Themistio a nominis interpreta/tione<sup>33</sup>.

Secundum quem locum talis argumentatio disponitur.

Amor sapientiae est bonum,  
igitur phi/losophia est bonum.

R(egula) talis inducta est a Tullio: Nominis interpretatione rem |55r| declarari. Et nos talem regulam possumus inducere: Quicquid praedicatur de interpreta/tione, illud idem praedicatur de interpretato.

(1.5) ¶ <S>equitur locus ab effectibus<sup>34</sup>.

Qui sic dividitur. / Locorum ab effectibus<sup>35</sup> (1.5.1) alius est a coniugatis, (1.5.2) alius a genere, (1.5.3) alius a forma.

(1.5.1) Secundum locum / a coniugatis dis(ponit) Boethius (*De dif. top.* 1197B8) talem arg(umentationem) sequendo Tullium.

Risus est gaudium,  
igitur ridre / est gaudere.

M(axima): Coniugatorum eandem esse naturam oportet.

(1.5.2) Secundum locum a genere talis / arg(umentatio) dis(ponitur) a Boethio (*De dif. top.* 1197B14-C1) volente probare quod anima non est numerus per se movens, sicut / quidam phi(losophi)

---

<sup>30</sup> alium] aliv(d) *B*

<sup>31</sup> crescit] c(re)ssit *B*

<sup>32</sup> detruncatur] det(ru)ncant(ur) *B*

<sup>33</sup> interpretatione] int(er)p(re)ta/tione(m) *B*

<sup>34</sup> effectibus] effect(us) *B*

<sup>35</sup> effectibus] effectis *B*

dicebant.

Anima est substantia,  
sed nullus numerus est substantia,  
ergo anima non est numerus. /

L(ocus) a genere. M(axima): Ea, quae praepontur sub diversis generibus, diversa esse oportet.

(1.5.3) Locus / a forma secundum Tullium est locus a speice secundum Themistium. Secundum quem locum talis fit argumentatio.

Albedo est / in corpore,  
nigredo similiter,  
ergo color est in corpore.

L(ocus) a forma sive a specie. R(egula): In / formis generum proprietates spectari oportet, i.e. si aliquae<sup>36</sup> species sunt in aliquo, oportet genus / earum esse in eodem.

(1.6) ¶ <S>equitur locus a simili.

Secundum quem locum talem dis(ponit) Boethius (*De dif. top.* 1197D1-3) arg(umentationem).

Rec/tor navis est eligendus arte et non forte,  
ergo rector civitatis est eligendus / arte <et> non forte.

M(axima): De similibus idem iudicium fit.

(1.7) ¶ <S>equitur locus a differentia.

Secundum quem / locum talis argumentatio disposita est a Tullio (*Top.* 89).

In rege sunt iustitia pietas et man/suetudo,  
sed in tyranno sunt contraria,  
ergo tyrannus non est rex.

Locus a differentia. M(axima): De [quo] / rebus differentibus non idem iudicium est faciendum.

(1.8) ¶ <S>equitur locus a contrariis.

Contraria / vocavit Tullius ea quae Themistius vocavit opposita.

Qui locus sic dividitur a Tullio. Locorum / a contrariis (1.8.1) alius est ab adversis, (1.8.2) alius est a privantibus, (1.8.3) alius est a negantibus, (1.8.4) alius a rela/tivis.

(1.8.1) Adversa vocavit Tullius ea quae Themistius vocavit opposita secundum contrarietatem. Secundum quem / locum talem dis(ponit) Boethius (*De dif. top.* 1199A2-3) arg(umentationem).

Sanitas est bona res,  
ergo aegritudo est mala res.

---

<sup>36</sup> aliquae] aliq(ua) *B*

L(ocus) ab / adversis. Maxima<sup>37</sup>: Contraria contrariis conveniunt.

(1.8.2) Privantia sunt illa quae Themistius vocavit / opposita secundum privationem et habitum. Et etiam illa quorum unum significatur voce facta ex / privativa particula et ex voce significante aliud oppositum, ut ‘iustitia’ et / ‘iniustitia’, ista vox scil. ‘iniustitia<sup>38</sup>’ facta est ex privativa particula [et ex<sup>39</sup> voce], |55v| scil. ‘in’, et ex ista voce, scil. ‘iustitia’, quae significat aliud oppositum. [] Secundum locum a privantibus talem arg(umentationem) disposuit Tullius (*De dif. top.* 1198A3-4).

Iustitiam sequi debemus,  
ergo iniusti/tiam fugere debemus.

L(ocus) a privantibus. M(axima): Contraria contrariis conveniunt.

(1.8.3) Negantia / vocavit Tullius ea quae Themistius vocavit opposita secundum affirmationem et negtionem, / ut homo et non homo, legere et non legere. [] Secundum istum locum fecit Boethius (*De dif. top.* 1198A5-6) talem<sup>40</sup> arg(umentationem).

Tu dicis me / non fecisse hoc,  
ergo tu non accusas me hoc fecisse.

L(ocus) a negantibus. <Maxima>: Contraria eidem / convenire non possunt.

(1.8.4) L(ocus) a relativis communis fuit utriusque.  
Secundum quem locum Talem arg(umentationem) dis(posuit) / Tullius (*De dif. top.* 1198A4-5).

Pater est,  
ergo filius est.

Et regulam talem induxit: Posito uno relativorum<sup>41</sup>, / necesse est aliud poni.

Possumus in negativis earum, hoc modo.

Pater non est,  
ergo filius non est. /

Destructo uno relativorum<sup>42</sup>, destruitur et aliud.

(1.9) ¶ <S>equitur locus ab adiunc/tis.  
Adiuncta sunt illa quae tenent finitum locum, i.e. quae respic*ui*nt se in pri/mo loco ex quadam iunctione, velut strepitus pedum et ambulatio,

---

<sup>37</sup> Maxima] c(on)c(rar)ia *B*

<sup>38</sup> iniustitia] iustitia *B*

<sup>39</sup> ex voce] exuo *B*

<sup>40</sup> talem] tale *B*

<sup>41</sup> relativorum] relator(um) *B*

<sup>42</sup> relativorum] relator(um) *B*

atrox faci/um<sup>43</sup> mentis trepidatio. ----- locum possumus  
sic arg(-----).

Iste sa/piens paenitet,  
ergo iste sapiens fecit malum.

Locus ab adiunctis. M(axima): Ex / adiunctis adiuncta perpendantur.

Similiter et hoc modo.

Iste ---at domum / illius,  
ergo diligit iste eam.

Idem locus et eadem maxima.

¶ <P>raeter istos locos <quos> / Tullius vocavit inhaerentes, sunt  
etiam alii loci quos ipse vocavit similiter inhaerentes, / isti scil. (1.10)  
locus a repugnantibus, (1.11) a comparatione maioris, (1.12) a  
comparatione minoris, / (1.13) a comparatione parium, et (1.14) locus ab  
antecedentibus et (1.15) locus a consequentibus.

(1.10) Repug/nantia sunt illa, quorum unum est contrarium<sup>44</sup>  
alterius, ut ista duo ‘vigilare’ et ‘stertere’. / Stertere est adiunctum  
dormire, quod est contrarium vigilare. [] Secundum istum locum /  
disponuntur argumentationes, quemadmodum secundum locum ab  
oppositis, hoc modo.

Iste stertit,  
ergo / iste non vigilat.

Vel hoc modo.

Iste vigilat,  
ergo iste non stertit.

L(ocus) a repugnantibus. / M(axima): Repugnantia eidem convenire non  
possunt, i.e. si aliquid repugnantium convenit / alicui, alterum removetur  
ab eodem.

¶ <S>equitur locus a comparatione maioris et |56r| a comparatione  
minoris et a comparatione parium.

(1.11) Tunc est locus a comparatione / maioris, quando maius  
inducitur ad comprobandum cum suo minori, ut in ista / argumentatione.

Ille, qui persecutus est patriam bello,  
meruit veniam a civibus, /  
ergo ille, qui mereatur in exilium  
propter seditionem motam, debet mereri veniam.

Locus / a comparatione maioris. Et talem regulam induxit Tullius (*De dif.*

---

<sup>43</sup> facium] faci/& B

<sup>44</sup> contrarium] c(on)c((rar)io B

*top. 1199B12-13): Quod valet in mariori, / valet in minori. [] Et est ibi locus a minori, et talem regulam possumus inducere: / Si id de quo minus videtur inesse inest, aliud de quo maius videtur inesse inerit. /*

*Et possumus in negativis facere, et erit ibi locus a comparatione marioris secundum Tullium et / a minori secundum Themistius, hoc modo.*

*Ille, qui persecutus<sup>45</sup> est patriam bello, non habuit poena,  
ergo / ille, qui movet<sup>46</sup> seditionem in civitate,  
non debet habere poenam.*

L(ocus) a comparatione / maioris secundum Tullium, et praedicta regula Tullii est inducenda; et locus a minori / secundum Themistium et regula talis: Si id de quo magis videtur inesse non inest, nec illud de / quo minus videtur inesse inerit.

(1.12) Tunc est locus a comparatione minoris, quando minus / inducitur ad probationem marioris, hoc modo.

*Publius Scipio privatus interfecit Tibe/rium Gracchum  
mediocriter labefactantem statum reipublicae,  
ergo nos consules debemus / eicere Catilinam a civitate  
cupientem devastrare totum orbem terrae caede  
/ et incendio.*

L(ocus) a comparatione minoris. M(axima): Quod valet in minori, valet in / mariori. Et talem regulam possumus inducere: Si aliud de quo minus videtur in/esse inest, et illud de quo maius videtur inesse inerit.

(1.13) Tunc est locus a comparatione / parium, quando aliqua ostenduntur esse similia inter se secundum aliquam proprietatem sibi con/venientem. Secundum istum locum possunt disponi argumentationes.

*Tullius est laudandus propter suam sapientiam,  
ergo Boethius est laudandus propter suam sapientiam.*

L(ocus) a com/paratione parium. M(axima): De similibus idem iudicium.

¶ <S>equitur locus ab antece/denti et consequenti.

(1.14) Antecedens, ut ait Boethius (*De dif. top. 1198C6-7*), est id quo posito necesse est poni / consequens, i.e. antecedens et illud, quod <si> sit, eius consequens est ex necessitate, sicuti |56v| haec species, <scil.> homo, et hoc genus, scil. animal, quia ita se habet haec species homo ad hoc genus animal, quod / si illa species est in aliquo, et illud genus est in eodem ex necessitate.

Vel ita potest / exponi. Antecedens est illud [et con(sequens), i.e. antecedens est illud] quod ita se habet ad aliud quod / si illud est verum,

---

<sup>45</sup> p(er)secut(us) e(st) pat(ri)am bello *sic B*, *sed* movet seditionem in civitate *legendum*

<sup>46</sup> mou(et) seditione(m) in ciuitate *sic B*, *sed* persecutus est patriam bello *legendum*

necesse est illud esse verum quod consequitur, ut hoc, scil. Socratem esse hominem, / est antecedens ad hoc, scil. Socratem esse a(nimal), quia ita se habet ad illud quod si hoc est verum, scil. Socratem esse hominem, / necesse est hoc esse verum, scil. Socratem esse a(nimal).

Secundum locum ab antecedenti possunt dis/poni argumentationes, hoc modo.

Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal),  
sed Socrates est homo,  
ergo Socrates est a(nimal).

L(ocus) ab antecedenti. / M(axima): Si aliquid antecedit ad aliud, posito antecedenti ponitur illud quod consequitur. Sed / ‘Socrates est homo’ antecedit ad Socratem esse a(nimal). Et ideo, illo posito, necesse est poni illud, scil. Socratem esse / a(nimal).

Possumus etiam secundum eundum<sup>47</sup> locum<sup>48</sup> disponere argumentationes, hoc modo.

Si Socrates est homo, / Socrates est a(nimal),  
et si Socrates est a(nimal), Socrates est corpus,  
igitur si Socrates est homo, Socrates est corpus.

L(ocus) ab / antecedenti. M(axima): Si aliquid antecedit ad aliud, et illud ad aliud, primum / antecedens antecedit ad ultimum.

Disponuntur etiam hoc alio modo secundum eundem / locum.

Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal),  
ergo si Socrates est homo, Socrates est corpus.

Idem locus. M(axima): Si aliquid ante/cedit ad aliud, illud antecedit ad quodlibet consequens consequentis.

(1.15) ¶ <S>equitur locus / a consequenti.

Secundum quem locum sic possunt disponi argumentationes.

Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal),  
sed Socrates / non est a(nimal),  
igitur Socrates non est homo.

L(ocus) a consequenti destructo. M(axima): Si aliquid antecedit ad / aliud, destructo consequenti, destruitur id quod antecedit. Sed ‘Socrates est homo’ antecedit / ad hoc, scil. Socratem esse a(nimal). Et ideo hoc destructo, scil. ‘Socrates est animal’, quod destruitur per suam contradictoriam, / destruitur id quod antecedit, scil. ‘Socrates est homo’, similiter per suam contradictoriam.

---

<sup>47</sup> eundem] eode(m) *B*

<sup>48</sup> locu(m)] cocu(m) *a.c. B*

Dis/ponuntur etiam argumentationes secundum eundem<sup>49</sup> locum, hoc alio modo.

Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal),  
ergo si Socrates est risibilis, / Socrates est a(nimal).

L(ocus) a consequenti non destructo. M(axima): Si aliquid sequitur ad aliud, illud idem / sequitur ad quodlibet antecedens ipsius antecedentis.

Possunt etiam hoc alio modo dis(ponuntur) ar/gumentationes<sup>50</sup> secundum eundem locum.

Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal),  
sed Socrates est risibilis,  
igitur Socrates est a(nimal).

Idem locus et eadem<sup>51</sup> / maxima.

(2) ¶ <S>equitur locus ab auctoritate. Locus ab auctoritate est |57r| locus a rei iudicio secundum Themistium.

Auctoritas est auctoritabile<sup>52</sup> dictum datum de / aliqua re. Iudicium quandoque fit ab uno, quandoque a pluribus, quandoque etiam fit ab omnibus. / Ab uno, ut ‘haec grammatica sive haec constructio bona est, quia Priscianus hoc dixit’. A pluribus, / ut ‘caelum est volubile, quia Plato et ceteri philosophi hoc dixerunt’. Ab omnibus, ut ‘deus est / in caelis, quia omnes homines hoc dicunt et affirmant’. Quare locus ab auctoritate extrin/secus et inartificialis et expers artis dicatur superius.

Dictum est et qualiter argumentationes / secundum illum locum disponantur. Nunc autem sciendum est quod praemissa divisio Tullii reprehensibilis esse videtur, quia divisa quaedam quae videntur esse coniuncta, sicuti / locus a toto et locus a nota, quia videntur esse idem, quia uterque inducit secundum definitio/nem. [] Sed non sunt idem, quia licet in hoc convenient, tamen in hoc differunt, quia locus a nota inducitur / secundum definitionem elicitam ex sono alteirus vocis, sed locus a toto secundum talem definitionem / non inducitur.

Item locus a partibus aliquod totum dividentibus et locus a forma vi/dentur esse idem, quia sicuti partes sufficienter suum totum dividunt, ita et / formae sufficienter dividunt suum totum. [] Sed non sunt idem, quia cum volumus argumentari / secundum locum a partibus, oportet nos omnes partes enumerare; sed cum volumus secundum locum / a forma

---

<sup>49</sup> eundem] aliu(m) *B*

<sup>50</sup> argumentationes] ar/g(o)a *B*

<sup>51</sup> ead(em) sic *B*, sed maxima eadem non est

<sup>52</sup> auctoritabile] aucto(r)iltable *B*

argumentari, una forma inducta sufficiat.

Similiter locus a partibus et a contrariis videntur esse idem, quia uterque in oppositione consistit. [] Sed non sunt, quia repugnanti etsi sint opposita, tamen non sunt opposita recta fronte quemadmodum / contraria, sed quoddam medium, ut ista duo, stertere et vigilare, sunt opposita per hoc medium, scil. dormire.

Iterum locus ab adiunctis, ab antecedenti<sup>53</sup> et consequenti videtur / esse idem, quia sicut paenitentia sequitur malum factum, sic consequens sequitur antecedens. / [] Sed non sunt idem, quia ut dicit Boethius (*De dif. top.* 1198A11-B1), in antecedentibus et consequentibus ratio temporum non valet nec / [in] necessitas rerum est varia, i.e. antecedentia et consequentia non considerantur<sup>54</sup> secundum hoc / quod unum praecessit aliud; sed hoc non contingit de adiunctis, immo consideratur quod unum / praecedit aliud, sicut malum factum praecedit paenitentiam. [] Iterum dicit quod in antecedentibus<sup>55</sup> |57v| et consequentibus necessitas rerum non est varia, i.e. varietas rerum non est incommutabilis, / quod si aliquid antecedit ad aliud, semper verum est quod si illud est, et eius consequens est, et si consequens destruitur, et antecedens destruitur; sed hoc non contingit in adiunctis, in/mo quod sequitur potest esse sine eo quod praecedit, sicut malum factum sine poenitentia et ambulatio sine strepitu pedum.

\*\*\*\*\*

¶ <D>ictum est de divisione Tullii et de divisione Themistii.  
Nunc videndum est qualiter divisio Tullii claudatur in divisione / Themistii, et e converso.

Locus a toto (c1.1) secundum Tullium est locus a descriptione et a definitione / secundum Themistium.

L(ocus) a partibus aliquod totum [a partibus] dividentibus (c1.3) secundum Tullium est locus a divisione secundum Themistium.

† Vel potest dici quod sit communis utriusque; sed Tullius largius accepit / coniugata, quia comprehendit sub loco a coniugatis locum a casibus.

Locus a / genere (c1.5.2) secundum Tullium est locus a toto universalis secundum Themistius.

---

<sup>53</sup> antecedenti] accidenti *B*

<sup>54</sup> considerantur] co(n)scid8er)ant(ur) *B*

<sup>55</sup> antecedentibus] accide(n)tib(us) *B*

Locus a forma (c.1.5.3) secundum Tullium est locus / a specie et a parte secundum Themistium.

Locus a simili (cI.6) communis est utrique. [Et<sup>56</sup> sciendum est quod Boethius (*De dif. top.* 1198C5-6) dicit / quod totus iste locus positus est in conditione. Ita intelligendum est Boethius: Totus iste / locus etc, i.e. locus iste solummodo servit argumentationibus constantibus ex conditionalibus / propositionibus vel quae habent principium ex conditionalibus propositionibus].

Locus a differentia (c1.7) secundum Tullium / est quandoque locus a toto secundum Themistium, quandoque a parte. [] Tunc est locus a toto, quando differentia inducitur / ad probandum illud quod constituit, hoc modo.

Iste lapis non est rationalis,  
ergo iste lapis non est homo. /

Locus a differentia secundum Tullium et a toto secundum Themistium. [] Tunc est locus a parte, quando [locus] differentia inducitur / ad probandum illud quod dividitur, hoc modo.

Socrates est rationalis,  
ergo Socrates est a(nimal).

Locus a differentia secundum Tullium, / a parte secundum Themistium.

Locus a contrariis (c1.8) et a repugnantibus (c1.10) secundum Tullium est locus ab oppositis / secundum Themistium. Et per illa, per quam ipse locum ab oppositis divisit, iste divisit locum a contrariis, / quoniam non differunt nisi in nomine.

L(ocus) a relativis (c1.8.4) communis est utrique.

Locus ab adjunctis (c1.9) secundum Tullium / est locus a communiter accidentibus secundum Themistium. Et sicut ipse divisit communiter accidentia, dicens (*De dif. top.* 1190B4-5) / quod quaedam sunt quae non possunt relinquere subiectum, quaedam possunt sed non solet; ita iste divisit ad/iuncta, dicens quedam praecedunt rem, quaedam sequuntur, quedam sunt cum ipsi re.

L(ocus) a com|58r|paratione maioris (c1.11) secundum Tullium est locus a minori secundum Themistium. Et a maiori [si] argumentationes / constent ex negativis propositionibus.

Locus a compartione minoris (c1.12) secundum Tullium est locus / a maiori secundum Themistium.

---

<sup>56</sup> [et - propositionibus] sic B, sed Boethius hoc dicit non de loco a simili sed de loco ab antecedentibus

Locus a comparatione parium<sup>57</sup> (c1.13) secundum Tullium est locus a similibus secundum Themistium. /

Locus a transumptione secundum Themistium, quandoque est locus a comparatione maioris (c1.11), quandoque a comparatione / minoris (c1.12), quandoque a comparatione parium (c1.13). Tunc est locus a comparatione maioris, quando maius / inducitur ad probandum minus. Tunc est locus a comparatione minoris, quando minus / inducitur ad probandum maius. Tunc est locus a comparatione parium, quando unum par in/ducitur ad probandum suum par.

Locus a causis (c1.5???) communis erit utriusque, et ab effectibus. / Sed Tullius largius accepit causam et effectum, quia sub loco a causa et ab effectu / comprehendit locum a generationibus et a corruptionibus et ab usibus.

Locus ab ante/cedentibus (c1.14) et a consequentibus (c1.15) non applicantur alicui loco tractato a Themistio. Sed, / ut dicit Boethius (*De dif. top.* 1205A9-10), iste locus est mixtus locus<sup>58</sup> Themistii, i.e. iste locus fit secundum multorum locorum / quos tractati a Themistio, quia fit secundum vim definitionis et definiti, ut ‘*Si Socrates est animal rationale mortale, Socrates est homo*’, / et secundum vim partis et totius, ut ‘*Si Socrates est animal*’, et secundum vim aliorum locorum. /

\*\*\*\*\*

<P>ost locorum tractatum sequitur tractatus quaestionum et argumentorum.

### <De quaestione>

Quaestio sic describitur: Quaestio est dubitabilis propositio. Describitur etiam hoc alio modo: Quaestio est propositio ad/ducta in ambiguitatem et dubitationem. Et istae duae descriptiones eodem modo exponuntur, [ex] hoc modo. Quaestio est propositio etc, i.e. quaestio est propositio de qua habetur dubi/tatio, nec verum nec falsum significans, continens in se signum dubitationis. /

Quaestio sic dividitur: Quaestionum (1) alia est simplex, (2) alia est composita. Haec divisio / potest etiam hoc alio modo fieri: Quaestionum (1) alia est categorica, (2) alia est hypothetica, quia tantum

---

<sup>57</sup> parium] partiu(m) *B*

<sup>58</sup> loc(us)] loc(us)is *B*

valet / simplex quantum cathegorica, composita quantum hypothetica.  
Illa quaestio est categorica, / per quam quaeritur de categoricis  
propositionibus contradictoriis, ut haec: Utrum Socrates sit homo vel non.  
/ Illa quaestio est hypothetica, per quam quaeritur de hypotheticis  
propositionibus<sup>59</sup> contradictoriis, ut haec: Utrum / Socrates sit animal si  
ipse est homo necne.

(1.1) Iterum categorica quaestio sic dividitur: |58v| Categoriarum  
quaestionum alia est affirmativa, alia negativa. Illa categorica quaestio  
est affirmativa, quae habet principium a categorica propositione  
affirmativa, ut haec: Utrum Socrates sit homo vel non. Illa quaestio est /  
negativa, quae habet principium a categorica propositione negativa, ut  
<haec>: Utrum Socrates non sit animal vel / [si] ipse sit<sup>60</sup> animal.

(1.2) Iterum dividitur: Categoriarum quaestionum alia habent  
prae(dicatum) terminum et subiectum, / alia non. Illa categorica  
quaestio habet praedicatum terminum et subiectum, quae descendit / a  
propositione hoc habente, ut haec: Utrum Socrates sit animal <vel non>. Illa  
categorica quaestio non habet praedicatum terminum et / subiectum,  
quae descendit a propositione hoc non habente, ut haec: Utrum curratur in  
pratum vel non. /

Categoriorum quaestionum terminos habentium alia et  
universalis, alia particularis, alia indefinita, alia singularis. Illa  
categorica quaestio habens terminos est universalis, quae descendit / ab  
universalis propositione, vel prima pars cuius est universalis propositio, ut  
haec: Utrum omnis homo / sit animal vel non omnis homo sit animal. Illa  
categorica quaestio est particularis, quae descendit / a particulari<sup>61</sup>  
propositione, vel prima pars cuius est particularis propositio, ut haec:  
Utrum quidam homo sit animal<sup>62</sup> / vel non. Illa categorica quaestio est  
indefinita, quae descendit ab indefiniti propositione, vel cuius prima / pars  
est indefinita propositio, ut haec: Utrum homo sit animal necne. Illa  
categorica quaestio est singularis, / quae descendit a singulari propositione,  
vel cuius prima pars est singularis propositio, ut haec: Utrum Socrates / sit  
animal necne.

(1.3) Item categorica quaestio dividitur, hoc modo.  
Categoriarum propositionum alia est praedictiva, alia non. Illa

---

<sup>59</sup> propositionibus] p(ro)po(s)iti<sup>s</sup> B

<sup>60</sup> sit] fit B

<sup>61</sup> particulari] parti B

<sup>62</sup> animal] ha(n)i(m)al(is) B

categorica quaestio est praedicativa, quae habet praedicatum terminum et subiectum, quae / sit illa superius dictum est. Illa categorica quaestio non est praedicativa, quae non habet praedicatum et subiectum, quae sit / illa superius dictum est.

(1.4) Item categoricarum quaestionum alia est thesis, alia est hypothesis. [] Thesis sive dialectica quaestio est illa, quae est nuda circumstantiis, i.e. in qua non / ponuntur voces **significatis** quarum utraque pars probetur, ut: Utrum Socrates sit a(nimal) / vel non. [] Hypothesis seu rhetorica quaestio est illa, quae est implicita circumstantiis, i.e. in qua sunt positae voces **significatis** quarum utraque probatur, ut haec: / Iurene Cicero sit detrudendus in exilium<sup>63</sup>, qui dubio tempore reipublicae cives / Romanos in iussu populi Romani necavit. Hoc namque nomen<sup>64</sup>, scil. ‘Cicero’, denotat |59r| hominem sapientem et rei publicae utilissimum, et hoc nomen ‘exilium’ turpem lo/cum, et ita videtur quod non sit mittendus Cicero in exilium. Sed ex hoc quod / dicitur ‘*cives Romanos in iussu populi R(omani) necavit*<sup>65</sup>’ videtur quod sit mittendus, / quia necare cives in iussu populi malum est. Et ita utraque pars redditur vera / et credibilis propter circumstantias. [] Circumstantiae dicuntur attributa personae et ne/g(oti)o. Et dicuntur circumstantiae, quia circumstant quaestionem, i.e. faciunt ipsam stare, / reddendo utramque eius veram et credibilem. [] Hypothesis quaestio dicitur quasi / contenta sub thesi, quia ‘hypo’ i.e. ‘sub’; inde hypothesis i.e. contenta sub / thesi.

(1.5) Iterum categorica quaestio dividitur, hoc alio modo. Categoricarum quaestionum / terminos habentium alia fit de maiori et substantiali, sive de genere; alia fit / de maiori et accidental, sive de accidenti; alia fit de aequali et / substantiali, sive de definitione; alia fit de aequali et non substantiali, sive de pro/prio. [] Illa quaestio fit de mariori et substantiali, sive de genere, quae descen/dit a propositione per quam praedicatur illud quod est maius et substantiale, sive genus, de illo quod / subicitur<sup>66</sup>; vel illa categorica quaestio fit de maiori et substantiali sive de genere, / per quam aliquis intendit quaerere utrum aliquid subponatur alii ut suo / maiori et substantiali; ut haec: Utrum Socrates sit a(nimal) vel non. ‘Genus’ in hoc loco non accipitur / pro praedicabili de pluribus differentibus specie in quid, sed pro quolibet substantiali. [] Illa / categorica quaestio est de maiori et non substantiali, sive de accidenti,

---

<sup>63</sup> exilium] exilio *B*

<sup>64</sup> nomen scil.] nom()s *B*

<sup>65</sup> necavit] nec aut(em) *B*

<sup>66</sup> subicitur] subbitit(ur) *B*

[p(raedicatu)r] <quae descendit a propositione>, per quam <praedicatur> / maius et non substantiale, sive accidens, de eo quod subicitur; vel illa categorica quae/stio fit de maiori et non substantiali sive de accidenti, per quam aliquis in/tendit querere utrum aliquid subponatur alii ut<sup>67</sup> suo maiori et non / substantiali; ut haec: Utrum Socrates sit albus necne. [] Illa categorica quaestio fit de aequali / et substantiali, sive de definitione, quae descendit a proportione, per quam praedicatur / definitio de suo definito, ut <haec>: Utrum homo sit animal rationale mortale. Vel illa categorica quae|59v|stio fit de aequali et substantiali, sive de definitione, <quae descendit a propositione>, per quam aliquis inten/dit querere utrum aliquid sit idem cum alio vel idem secum<sup>68</sup>; idem cum alio ut / utrum sit utile idem quod honestum, id(em) secum ut utrum idem sit Cicero quod Mar/cus. [] Illa categorica quastio fit de aequali et non substantiali, sive de<sup>69</sup> proprio, quae de/scendit a propositione, per quam praedicatur aequale et non substantiale, sive proprium, de eo cuius est / proprium; vel per quam aliquis intendit querere utrum aliquis habeat se ad / aliud ut proprium, ut utrum homo sit risibile necne, et utrum hoc ipsum / risibile sit proprium hominis necne.

(1.6) ¶ <P>raeter predictas divisiones categori/carum quaestionum fit alia divisio ipsarum talis. Categoriarum quaestionum alia est una, / alia multiplex. [] Illa categorica quaestio est una, quae descendit a propositione unius / significationis tantum, ut haec: Utrum albedo sit qualitas vel non. Et huic / quaestioni facienda est una responsio, scil. debet accipere alteram partem<sup>70</sup>, / et dicere ‘verum est’ vel ‘falsum est’. [] Illa categorica quaestio est multiplex, quae descendit / a propositione plurium significationum, ut haec: Utrum canis sit animal necne. Et huic quae/stioni non est facienda una responsio, sed plures; immo debet dividi prius, / et illa divisa opposita<sup>71</sup> debet determinare, i.e. debet eligere quam partem ipse / velit probare, et ~~quod opponens debet determinare habeamus a Boethio (Ubi?) dicente: / Oportet opponentem determinare, et eligere quam partem ipse velit probare.~~ / Vel illa categorica quaestio est multiplex, quae constat ex pluribus affirmationibus / et earum dividentibus vel ex vocibus positis loco earum, ut haec: Utrum Socrates et Pla/to sit animal nence. Et huic quaestioni non est facienda

<sup>67</sup> ut] u(ero) *B*

<sup>68</sup> secum] fecit *B*

<sup>69</sup> de proprio] p(ropri)u(m) *B*

<sup>70</sup> partem] parte *B*

<sup>71</sup> opposita] oppo(s)it(i)o *B*

una responsio similiter, / sed plures<sup>72</sup>.

(2) ¶ <S>equitur de hypothetica quaestione. Quid ipsa sit, superius dicta / est. Nunc videndum est qualiter dividitur.

(2.1) Hypothetica quaestionum<sup>73</sup> alia est affirmativa, / alia negativa. Illa hypothetica quaestio est affirmativa, quae descendit [quae descendit] ab affirmativa / propositione hypothetica, vel cuius prima pars est hypothetica propositio affirmativa, ut haec: Utrum, si Socrates sit homo, |60r| Socrates sit animal, vel non. Illa hypothetica quaestio est negativa, quae descendit a propositione hypothetica negativa, vel / cuius prima pars est hypothetica propositio negativa, ut haec: Utrum non, si Socrates sit homo, Socrates sit a(nimal), vel / si Socrates est homo, Socrates sit a(nimal).

(2.2) Quaestio hypothetica dividitur etiam hoc alio modo. Hypotheticarum / quaestionum alia descendit ab hypothetica propositione constante ex duabus affirmativis, ut haec ‘*An si Socrates / est homo, Socrates sit a(nimal), necne*’; alia descendit ab hypothetica propositione constante ex duabus negativis, / ut haec ‘*An si Socrates non est a(nimal), Socrates <non> sit homo, vel non*’; alia descendit ab hypothetica propositione constante ex affirmativa / et negativa, ut haec ‘*Utrum si Socrates est homo, Socrates non est lapis, vel non*’; alia descendit a propositione / hypothetica constante ex negativa et affirmativa, ut ‘*An si Socrates non est sanus, Socrates sit aeger, vel non*’.

Modo sciendum est quod in hoc conveniunt categoriae quaestiones cum hypotheticis, / quod constant ex contradictoriis pro(positionibus) vel ex vocibus positis loco earum; sed in hoc differunt, / quia categoriae quaestiones fiunt ad quaerendum utrum<sup>74</sup> praedicatus inhaereat<sup>75</sup> subiecto, / hypotheticae vero fiunt ad quaerendum utrum consequens sequatur ad antece/dens.

<De argumentis>

[0] ¶ <P>ost tractatum quaestionum sequitur tractatus argumentorum et argu/mentationum.

---

<sup>72</sup> plures] plur(et) B

<sup>73</sup> questione(m)] questionv(m) B

<sup>74</sup> utrum] uer(um) B

<sup>75</sup> inhaereat] inherent B

[1] Argumentum sic describitur: Argumentum est ratio rei dubiae faciens fidem. /

[1.0] Haec descriptio diversis modis exponitur a diversis secundum diversas sententias habitas / de arguento.

[1.1.0] Quidam sic exponunt illam. Argumentum est etc, i.e. argumentum est intellectus co/gens aliquem credere illud quod prius credere nolebat, ut si dubitaretur utrum / Socrates esset a(nimal), probaretur sic:

Socrates est homo,  
igitur Socrates est a(nimal).

Intellectus, qui habetur per primam pro(positionem), / est argumentum ad secundam.

[1.1.1] Sed si dicatur quod intellectus sit arg(umentum), non videtur esse argumentum / in hac argumentatione

Socrates est animal rationale mortale,  
ergo Socrates est homo,

quia idem intellectus habetur per istas / duas pro(positiones), et idem non est arg(umentum) ad se ipsum. [1.1.2] Illa propositio multiplex est, ‘idem intellectus / habetur per primam et per secundam’, i.e. intellectus de eadem re habetur per primam et per / secundam. U(trum). Intellectus primae est intellectus secundae. Falsum est, immo<sup>76</sup> intellectus primae / diversus est ab intellectu secundae, quia per primam propositionem<sup>77</sup> comprehendendo animal prius inhaerere Socrati, / et postea rationale, deinde mortale; sed per secundam non intelligo quod prius insit nec |60v| quod posterius.

[1.1.2.1] Item non videtur quod aliquod argumentum explicitur hac<sup>78</sup> argumentatione

Cicero est Marcus,  
ergo Cicero est Tullius,

cum idem prorsus intellectus habeatur per primam et per secundam.

[1.1.2.2] Mul/tiplex est. I.e. intellectus de eadem re, ut intellectus primae est intellectus secundae. Fal/sum est, quia per primam propositionem intelligo Ciceronem esse hunc hominem ut nuncupatum tali / nomine, scil. ‘Marcus’; et per secundam intelligo Ciceronem esse hunc hominem ut nucupatum / tali nomine, scil. ‘Tullius’.

---

<sup>76</sup> immo] uno *B*

<sup>77</sup> propositionem] p(ro) *B*

<sup>78</sup> hac] ac *B*

[1.1.3.1] Similiter, si dicatur quod intellectus sit arumentum, non videtur id, quod pos/sit probari Socrati, et Platoni eodem argumento, quia intellectus, qui est in Socrate, non est in Plato/ne. [1.1.3.2] Item quaeritur an Aristoteles cognovit argumenta quae cognoscimus. Non videtur, quia intellectus, qui modo sunt / in nobis, nunquam amplius fuerunt. [1.1.3.3] Sed nos possumus dicere quod cognovit nostra argumenta, i.e. in/tellectus de eisdem rebus constitutos.

[1.2.0] ¶ <Q>uidam vero alii sic exponunt praedictam / argumenti descriptionem. Argumentum est ratio rei dubiae faciens fidem, i.e. argumentum est propositio rationabiliter inducta / ad hoc ut illa, quae prius erat dubita, postea recipiatur pro certa.

[1.2.1] Secundum quorum sententiam / primo loco dicitur Aristotelem imperfectam argumentorum habuisse notitiam, et etiam nullum quod cog/noscunt argumentum cognovisse, cum nullam Latinam cognovit propositionem.

[1.2.2] Item quaeritur ab eis quid ad / quod probandum ducatur hac argumentatione, scil.

haec propositio<sup>79</sup> est vera,  
<scil.> ‘omnis homo est a(nimal)’,  
ergo haec est vera, scil. ‘quidam homo / est a(nimal)’.

De propositione non potest dici quod inducatur, cum eadem sit prima et secunda, et idem ad se ipsum pro/bandum non inducitur.

[1.2.3] Item quaeritur quid<sup>80</sup> argumentum explicetur syllogismo:  
Socrates est homo,  
et omnis homo est animal,  
ergo Socrates est / animal.

Dicunt quod prima et secunda propositio sunt unum argumentum ad ultimam quibus concluditur. Ergo unum argumentum / est duae propositiones; a conversis simpliciter. Ergo unum tantum est plura; a dupli parti.

[1.2.4] Et etiam Boethius est contra illos / patenter in commento super Topica Martii Tulii, dicens (1051A2-3): “Argumentum est nihil est aliud quam me/dietatis inventio<sup>81</sup>”, i.e. medium inventum; et in Topicis (1174D2-8): “Argumentum est vis et mens et ratio quae / clauditur in argumetatione”, quod nullatenus de propositione dicendum videtur.

[1.2.5] Item oportet eos concedere / quod argumenta convertantur

---

<sup>79</sup> propositio] p(ro) B

<sup>80</sup> quid] q(uod) B

<sup>81</sup> inventio] intentio B

simpliciter et per accidens et per contrapositionem, et contrariam et subalternam, cum / ipsa sint propositiones quae habent haec; quod absurdum est.

[1.2.6] Item probatur eis quod quoddam verum argumentum est falsum / argumentum, hoc modo. Haec propositio, scil. ‘*Socrates est homo*’, est verum argumentum ad hanc, scil. ‘*Socrates est a(nimal)*’; et eadem est falsum argumentum [61r] ad hanc, scil. ‘*Socrtes est asinus*’. Et ita haec propositio est falsum et verum argumentum; quod bene concedunt. Unde con/cluditur ‘ergo quoddam verum argumentum [argumentum] est falsum argumentum’; a parte. Quod ipsi nolunt concedere, / nullam aliam habentes rationem, nisi quod dicunt quod [iam diceret verbum quod] quoddam argumentum, ex eo quod est verum, esset falsum. Quod nihil valere videtur, quia simili ratione deberet istam negare:

eadem res<sup>82</sup> / est rationalis et mortalis,  
ergo quoddam rationale est mortale.

[1.3.0] ¶ <A>lii autem sic expount praedictam / descriptionem. Argumentum est ratio rei dubiae faciens fidem, i.e. argumentum est illum verum quod rationabiliter inducitur / ad hoc ut id quod prius erat dubium recipiatur pro certo, ut si dubitatio esset utrum / Socrates esset a(nimal) vel non, probaretur sic:

Socrates est homo,  
ergo Socrates est a(nimal),

significatum primae propositionis<sup>83</sup> est argumentum ad / ultimum, quia id quod rationabiliter etc.

[1.3.1] Sed si dicatur quod significatum propositionis sit argumentum, eadem fere / omnia sequuntur inconvenientia quae sequuntur de intellectu, quia nullum argumentum videtur / quod explicetur hac argumenttione:

Cicero currit,  
ergo Marcus currit,

cum idem illis duabus signi/ficetur; et sic in aliis.

[1.4.1] <Q>uidam vero alii aliter exponunt illam descriptionem. Argumentum / est ratio etc, i.e. argumentum est cohaerentia vel discohaerentia rerum rationabiliter inducta ad hoc / ut illud quod prius erat dubium recipiatur pro certo per aliquam habitudinem quam / habeat ad illud vel qua videatur habere, ut cohaerentia istarum rerum, scil. hominis et animalis, / est argumentum, i.e. haec res, <scil.> homo cohaerens animali,

---

<sup>82</sup> res] re(m) B

<sup>83</sup> propositionis] p(ro) B

et illa res, scil. animal cohaerens homini, est argumentum, ut<sup>84</sup> / quando inducitur pro aliquo dubio probando secundum aliquam habitudinem quam habeat ad aliud / vel qua videatur habere, hoc modo:

Socrates est homo,  
ergo Socrates est a(nimal),

hoc universale homo coherens animali est / argumentum. Item discohaerentia istarum rerum, scil. hominis et lapidis, est argumentum et lapis disco/haerens homini est argumentum, tunc, scil. quando inducitur ad hoc ut illius quod prius erat dubium re/cipiatur pro certo per aliquam habitudinem quam habeat ad illud vel qua videatur habere, ut si / dubitaretur utrum Socrates esset lapis vel non, probaretur sic:

Socrates est homo,  
ergo Socrates non est lapis,

hoc uni/versale homo discoharens lapidi est argumentum.

[2] Argumento sic descripto et eius descriptione / exposita, sic possumus ipsum dividere. Argumentorum (1) aliud est probabile tantum, (2) aliud est probabile / et necessarium, (3) aliud necessarium tantum, (4) aliud nec probabile nec necessarium.

(1) Illud argumentum est |61v| probabile tantum, per quod concessum aliud videtur esse concludendum, sed non ex necessitate, ut  
omnis homo est a(nimal),  
ergo Socrates est a(nimal).

(2) Illud argumentum est probabile et necessarium, <per quod> aliud videtur / esse concedendum ex necessitate et est, ut

Socrates est homo,  
ergo Socrates est a(nimal).

(3) Illud argumentum est ne/cessarium tantum, per quod concessum aliud est concedendum ex necessitate, sed non ita appa/ret, ut hoc:

luna est posita inter nos et sole recta linea,  
ergo sol patietur<sup>85</sup> eclipsin<sup>86</sup>, /  
i.e. desectionem sui lunaris quantum ad nos.

(4) Illud argumentum nec est probabile nec ne/cessarium, per quod concessum aliud videtur concedendum esse, sed non est, ut hoc:

Diogenes habet illud / quod non perdidit,  
ergo habet cornua.

---

<sup>84</sup> ut] t(un)c B

<sup>85</sup> patietur] patet(ur) B

<sup>86</sup> eclipsin] enclisin B

[3.0] Argumento sic diviso et exposita eius descriptione, / sciendum est quod quidam sic describunt argumentum. Argumentum est illud per quod creditum aliud est creden/dum. [3.1] Et secundum hoc quicquid potest esse argumentum.

<De argumentatione>

¶ <S>equitur tractatus argumentationis.

[1] Argumentatio sic de/scribitur ab auctoribus. Argumentatio est explicatio argumenti per orationem. i.e. [argumentatio est oratio ex/plicans argumentum<sup>87</sup>, i.e.] argumentatio est complexio orationum per quam dividitur argumentum a conclusione / ex hoc signo arguendi interposito, quia nisi interponeretur signum ar(guenti), non posset discer/ni quid esset argumentum et quid illud pro quo probando inducitur argumentum.

[2.0] Argumentatio ita dividitur. / Argumentationum alia est inductio, alia est exemplum, alia enthymema, alia syllogismus. /

[2.1] Illa argumentatio est inductio, in qua provenit de pluribus conparticularibus ad aliud / conparticulare vel de pluribus conparticularibus ad aliquod universale per aliqua / similitudinem inter ipsam denotatam. Conparticularia dicuntur illa quae continentur sub eodem universalis, ut haec: equus, civitas, navis, quae continentur sub hoc uni(versali), / scil. res regenda.

Exemplum illius, in qua provenit a conparticularibus ad universale, / tale habemus:

Omnis equus est res regenda <arte> et non forte,  
et omnis civitas <est res regenda arte et non forte>,  
et omnis navis / est res regenda arte et non forte,  
et sic de aliis,  
ergo omnis res regenda est / regenda arte et non forte.

A simili sive a proportione.

Illius inductionis, / in qua provenit de pluribus conparticularibus ad aliud conparticulare, tale habemus exemplum:

Equus est res regenda arte et non forte,  
et civitas est res regenda |62r| arte et non forte,  
ergo navis est res regenda arte et non forte.

Et est locus / a simili sive a proportione.

[2.2] Exemplum dicitur illa argumentatio, in qua provenit de / uno conparticulari ad unum conparticulare per quandam similitudinem. /

---

<sup>87</sup> argumentum] arg(umentati)o B

Et in hoc differt ab inductione, in qua de pluribus ad unum provenitur, sed / hic<sup>88</sup> de uno tantum ad unum tantum, ut dictum est. Unde tale habemus exemplum:

Tullius / est laudandus propter suam sapientiam,  
<ergo Boethius est laudandus propter suam sapientiam>.

[2.3] Illa argumentatio est enthymema, in qua prove/nitur de uno ad unum vel de pluribus ad unum sine aliqua similitudine et sine / syllogistica dispositione.

In qua provenitur de uno ad unum tantum, ut haec:

Socrates est / homo,  
ergo Socrates est a(nimal).

Et huiusmodi enthymema dicitur festinata conclusio, quia ibi / dimittitur assumptio eui componentur haberet esse quia syllogismus. Et propter hoc etiam / dicitur perfectus syllogismus, in qua provenitur de pluribus ad unum, ut haec:

Socrates est homo, /  
et omnis homo est a(nimal),  
ergo Socrates est substantia.

Et huiusmodi enthymemata dicuntur imperfecti syllogismi / propter terminos quos non habent dispositos ad modum syllogismorum.

[3] ¶ <S>equitur de / syllogismo.

[3.1] Sylligismus est oratio, in qua quibusdam positis et concessis necesse est aliud evenire, / i.e. syllogismus est quoddam complexum ex orationibus, in quo quaedam ponuntur et conceduntur, per quae / posita et concessa rationabiliter aliud infertur quam ea quae sint posita et concessa. Aliud dico constitutum ex solis praemissis<sup>89</sup> terminis. Istud verbum, scil. ‘necesse’, / innuit syllogismum debere fieri secundum ordinem terminorum propositionum, ita quod conclusio / proveniat ex terminis duarum praemissarum, hoc modo.

Omnis homo est a(nimal),  
et omne a(nimal) est corpus, /  
ergo omnis homo est corpus.

[3.2] Syllogismus dicitur habere tres partes: propositionem sive sumptum, assumptionem, / et conclusionem. Propositio sive sumptum dicitur prima pars syllogismi; ‘sumptum’ ideo dicitur, quia ab / ea ----- partes sumuntur. Assumptio dicitur secunda pars syllogismi; et dicitur

---

<sup>88</sup> hic de uno] uno de / hic *B*

<sup>89</sup> praemissis] p(tae)t(er) missis *B*

assumptio, quia / stat iuxta<sup>90</sup> sumptum, sumendo aliquam partem eius. Conclusio est ultima pars / argumentationis. Quae sic describitur a Tullio (*De inv. I.98*): Conclusio est exitus et determinatio totius / argumentationis. Describitur et alio modo a Boethio (*De dif. top. 1174C10*): Conclusio est propositio approbata argumentationis.

[3.3] Syllogismus |62v| hoc modo dividitur. Syllogismorum alius est categoricae, alius est hypotheticae.

Categoricus syllogismus est ille, cuius nulla / pars est hypothetica propositio, ut iste:

Socrates est homo,  
omnis homo est a(nimal),  
ergo Socrates est a(nimal).

Hypotheticus syllogismus et / ille, cuius aliqua pars est hypothetica propositio, ut iste:

si Socrates est homo, Socrates est a(nimal),  
sed Socrates est homo,  
ergo Socrates est a(nimal). /

### <De syllogismo categorico>

Categoricorum syllogismorum (1) alius est primae figurae, (2) alius est secundae, (3) alius tertiae.

(1) Ille syllogismus dicitur esse primae / figurae, in assumptione cuius est ille subiectus terminus qui est praedicatus in prima pro(positione), vel in assumptione cuius / est ille p(raedicatus) qui<sup>91</sup> est subiectus in prima. Exemplum de primo:

Socrates est homo,  
et omnis homo est a(nimal),  
ergo Socrates est / a(nimal).

(2) Ille syllogismus dicitur secundae figurae, in assumptione cuius est idem praedicatus qui est in prima, et diversus / subiectus, ut iste:

omne animal et substantia animata sensibilis,  
sed nulla arbor est substantia anima/ta sensibilis,  
ergo nulla arbor est a(nimal).

(3) Ille syllogismus dicitur esse tertiae figurae, in assumptione / cuius est idem subiectus qui est in prima, et diversus praedictus, ut iste:

omnis homo est a(nimal),

---

<sup>90</sup> iuxta] iusta B

<sup>91</sup> qui] q(uae) B

et omnis homo / est substantia,  
ergo quaedam substantia est a(nimal).

Sciendum est quod Boethius (*Ubi?*) dicit quod in omni syllogismo primae et secundae / et tertinae figurae tres termini sunt necessarii, duo extremi et unus medius. Extremi / dicuntur termini illi ex quibus constat conclusio. Medius terminus est ille per quem illi duo extremi / iunguntur, de quorum coniunctione prius dibutabatur, ut appareat in hoc exemplo:

Socrates est homo,  
et omnis homo est a(nimal),  
ergo Socrates est a(nimal).

Extremorum terminorum aliis est maior extremitas, / aliis est minor extremitas. Ille terminus est maior extremitas, qui vel est praedicatus in conclusione vel, / si non est praedicatus conversione inpediente, ab eo incipit conversio. Ille terminus dicitur minor / extremitas, qui vel est subiectus terminus in conclusione, vel si non est subiectus conclusione inpediente, / ab eo non incipit conversio.

(1) ¶ <D>ictum est quid<sup>92</sup> syllogismus sit primae f(igurae). Nunc sciendum est quod syllogismorum primae figurae aliis est primi modi, aliis secundi, et sic usque ad nonum.

Modus consideratur<sup>93</sup> in syllogismo secundum diversitatem conclusionum, scil. secundum hoc quod conclusio est *<alia>* universalis, *alia particularis* proveniens ex praemissis. Figura consideratur<sup>94</sup> in syllogismo secundum<sup>95</sup> dispositionem [dua] / terminorum duarum praemissarum propositionum.

(1.1) Quid syllogismus sit primi modi primae figurae, videamus.  
/ Primus habeat partes generales constituentes, <hoc modo>.

¶ <S>yllogismus primi modi primae figurae constat / ex duabus universalibus affirmativis concludens universalem affirmativam, hoc modo.

Omnis homo est a(nimal),  
omne |63r| risibile est homo,  
ergo omne risibile est a(nimal).

Locus a subiecto. M(axima): Si aliquid praedicatur de aliquo

---

<sup>92</sup> quid] q(uod) B

<sup>93</sup> consideratur] c(on)sci/d()at(ur) B

<sup>94</sup> consideratur] co(n)scid()at(ur) B

<sup>95</sup> secundum] (et) B

universaliter, / et subiectum praedicatur de alio universaliter, primum praedicatum praedicatur de ultimo subiecto univer/saliter.

Si vero sic disponatur syllogismus:

Omnis homo et a(nimal),  
et omne a(nimal) est corpus,  
ergo omnis homo est corpus. /

Locus a praedicato. M(axima): Si aliquid praedicatur de aliquo universaliter, quicquid praedicatur de praedicato uni/versaliter, et de subiecto. Et haec maxima est elicita ex hoc capitulo Aristotelis, scil. quando alterum / de altero praedicatur etc.

(1.2) ¶ <S>ylogismus secundi modi primae figurae constat ex universali negativa / et universali affirmativa concludens universalem negativam, hoc modo.

Nullus homo est lapis,  
sed omne risibile / est homo,  
ergo nullum risibile est lapis.

Locus a subiecto. M(axima): Si aliquid removetur ab aliquo universaliter, / et subiectum praedicatur de alio universaliter, primum praedicatum removetur ab ultimo subiecto universaliter. /

(1.3) Tertius, ‘omne’ tenens, affirmat particulares. [dactylic hexameter]

¶ <S>ylogismus tertii modi primae figurae constat ex / universali affirmativa et particulari affirmativa et concludens particularem affirmativam, hoc modo.

Omnis homo est a(nimal),  
sed quoddam / risibile est homo,  
ergo quoddam risibile est a(nimal).

Locus a subiecto. M(axima): Si aliquid praedicatur de aliquo universaliter, et subiectum praedicatur / de alio particulariter, primum praedicatum praedicatur de ultimo subiecto particulariter.

(1.4) ¶ <S>ylogismus quar/ti modi primae figurae constat ex universali negativa et particulari affirmativa colligens particula/rem negativam, hoc modo.

Nullus homo est lapis,  
sed quoddam risibile est homo,  
ergo quoddam risibile non est lapis.

Locus a subiecto. / M(axima): Si aliquid removetur ab aliquo universaliter, et subiectum praedicatur de alio particulariter, primum praedicatum removetur ab ultimo subiecto particulariter.

[] Sciendum est quod isti quattuor sylligismi dicuntur pri/mi et evidentes et demonstrabiles et perfecti. Primi dicuntur, quia primo loco

sunt / inventi ab Aristoteli. Evidentes et perfecti et demonstrabiles dicuntur, quia per / se habent evidentiam et probabilitatem, et non possunt probari per alios certiores. / [] Ceteri vero sunt inventi a Porphyrio et Eudemio et Theophrasto<sup>96</sup>. Et dicuntur imperfecti / et demonstrabiles et evidentes. Imperfecti et demonstrabiles dicuntur, inde quod satis / non sint firmi per se, et quia possunt probari per alios certiores.

(1.5) ‘Omne’ tenens quintus / bis firmat particularem<sup>97</sup>.

¶ <S>ylogismus quinti modi primae figurae constat ex duabus / universalibus affirmativis colligens particularem affirmativam conversam per accidens conclusionis primi modi |63v| primae figurae, hoc modo.

Omnis homo est a(nimal),  
omne risibile est homo,  
ergo quoddam animal est risibile.

Locus a subiecto. M(axima): / Si aliquid praedicatur de aliquo universaliter, et subiectum praedicatur de alio universaliter, ultimum subiectum / praedicatur de primo praedicato particulariter. Ille syllogismus descendit a syllogismo primae figurae, conclusione / illius conversa per accidens.

(1.6) ¶ <S>ylogismus sexti modi primae figurae constat ex universal negativa / et universali affirmativa concludens universalem negativam conversam simpliciter conclusionis<sup>98</sup> secundi modi prima / figurae, hoc modo.

Nullus homo est lapis,  
omne risibile est homo,  
ergo nullus lapis est risibile.

Locus a subiecto. M(axima): / Si aliquid removetur ab aliquo universaliter, et subiectum praedicatur de alio universaliter, secundum subiectum / removetur a primo particulariter. Iste descendit a syllogismo secundi modi primae figurae, conclusione illius conver/sa simpliciter.

(1.7) Septimus, ‘omne’ tenens, affirmat particulares.

¶ <S>ylogismus septimi modi / primae figurae constat ex universali affirmativa et particulari affirmativa concludens particularem affirmativam, hoc modo.

Omnis homo est a(nimal),  
quoddam / risibile est homo,  
ergo quoddam a(nimal) est risibile.

---

<sup>96</sup> Theophrasto] thenph<sup>r</sup>asto B

<sup>97</sup> particularem] pa(r)ticula(r)e B

<sup>98</sup> conclusionis] 90clusioni B

Locus a subiecto. M(axima): Si aliquid praedicatur de aliquo universaliter, et subiectum / praedicatur de alio particulariter, secundum subiectum praedicatur de primo praedicato particulariter. Iste syllogismus descendit a syllogismo<sup>99</sup> / tertii modi, conclusione illius conversa simpliciter.

(1.8) ¶ <S>yllogismus octavi modi primae figurae constat ex uni/versali affirmativa et universali negativa concludens particularem negativam, hoc modo.

Omnis homo est risibile,  
nullus / lapis est homo,  
ergo quoddam risibile non est lapis.

Locus a subiecto. M(axima): Si aliquid praedicatur de aliquo universaliter, `et<sup>100</sup> subiectum removetur ab alio universaliter', secundum / subiectum removetur a primo praedicato particulariter. Iste syllogismus descendit a syllogismo quarti modi, as/umptione illius conversa per accidens et posita in principio istius, et prima illius conversa simpliciter / et posita in assumptione istius.

(1.9) ¶ <N>onus habet ‘quoddam’ ‘nullum’, ‘quoddam’ negat atque. /

¶ <S>yllogismus noni modi primae figurae constat ex particulari affirmativa et universali negativa concludens / particularem negativam, hoc modo.

Quidam homo est risibilis,  
nullus lapis est homo,  
ergo quoddam risibile non est lapis.

Locus / a subiecto. M(axima): Si aliquid praedicatur de aliquo particulariter, et subiectum removetur ab alio universaliter, / a primo praedicato removetur ultimum subiectum particulariter. Iste syllogismus descendit a syllogismo quarti modi / primae figurae, assumptione illius conversa simpliciter et posita in principio istius, et prima pro/positione illius conversa simpliciter et posita in assumptione istius.

(2) ¶ <S>equitur de sylligismis secundae / figurae.

Syllogismorum secundae figurae aliis est primi modi, aliis secundi, aliis tertii, aliis quarti. |64r|

(2.1) ¶ <S>yllogismus primi modi secundae figurae constat ex universali negativa et universali affirmativa concludens universalem /

---

<sup>99</sup> syllogismo] sill(ogism)i B

<sup>100</sup> (et) sub(iectu)m remo(vetur) ab alio uni(versaliter) add. alia manu B

negativam, hoc modo.

Nullus lapis est homo,  
sed omne risibile est homo,  
ergo nullum risibile est lapis.

Locus a praedicato. <Maxima>: / Si aliquid removetur ab aliquo universaliter, et idem praedicatur de alio universaliter, primum / subiectum removetur a secundo universaliter. Et iste syllogismus descendit a syllogismo secundi modi primae figurae, prima / propositione illius conversa simpliciter.

(2.2) Bis sumitur ‘nullum’, primum dat ‘omne’ secundus.

¶ <S>ylogismus secundi modi / secundae figurae constat ex universali affirmativa et universali negativa concludens universalem<sup>101</sup> negativam, hoc modo. /

Omne risibile est homo,  
sed nullus lapis est homo,  
igitur nullus lapis est risibilis.

Locus a praedicato. M(axima): / Si aliquid praedicatur de alio universaliter, et idem removetur ab alio universaliter, primum / subiectum removetur a secundo universaliter. Et iste descendit a subiecto secundi modi primae figurae, prima propositione / illius conversa simpliciter et facta assumptione istius, et secunda illius posita in principio istius, / et conclusione illius conversa simpliciter.

(2.3) ¶ <S>ylogismus tertii modi secundae figurae constat ex uni/versali negativa et particulari affirmativa concludens particularem negativam, hoc modo.

Nullus lapis est homo,  
sed quoddam / risibile est homo,  
ergo quoddam risibile non est lapis.

Locus a praedicato. M(axima): Si aliquid removetur ab alio univer/saliter, et idem praedicatur de alio particulariter, primum subiectum removetur a secundo subiecto particulariter. Et iste / syllogismus descendit a syllogismo octavi<sup>102</sup> modi primae figurae, prima propositione illius conversa simpliciter.

(2.4) ‘Omne’ tenet quartus / ‘quoddam’ bis, denegat atque.

<S>ylogismus quarti modi secundae figurae constat ex universali affirmativa et particulari / negativa ‘colligens particularem negativam’ <particulariter>, hoc modo.

---

<sup>101</sup> universalem] uniu(er)sa(m) B

<sup>102</sup> octavi] t(er)tii(?) B

Omne risibile est homo,  
sed quidam lapis non est homo,  
ergo quidam lapis non est risibilis.

Locus a praedicato. M(axima): / Si aliquid praedicatur de aliquo universaliter, et aliud removetur ab eodem particuraliter, primum subiectum removetur / secundo subiecto particulariter. Et iste syllogismus descendit a syllogismo quarti modi primae figurae, secunda illius conversa per / accidens et facta assumptione istius, <----->.

(3.1) +Est<sup>103</sup> autem tertiae figurae primus modus, qui <constat> ex duabus universalibus affirmativis particularem col(ligens) affirmativam per conver(sam), univ(ersalis) / enim affir(mativa) sibi ipsi convertitur, hoc modo.

Omne bonum iustum est,  
omne bonum virtus est,  
quaedam igitur virtus iustus est.

#Et<sup>104</sup> iste syllogismus descendit a <syllogismo> a tertio<sup>105</sup> modo primae figurae, assumptione illius conversa per accidens et facta propositione istius, conversa simpliciter conclusione#.

(3.2) Secundus vero modus / tertiae figurae est ex universalis negativa et universali affirmativa constat colligens particularem negativam, hoc modo.

Nullum bonum malum est,  
omne bonum / iustum est,  
ergo quoddam iustum malum non est.

Et iste descendit a quarto modo primae figurae, secunda propositione illius / conversa per accidens et facta assumptione istius, manente eadem conclusione+.

(3.3) ¶ <S>yllogismus tertii modi tertiae figurae constat ex / particulari affirmativa et universali affirmativa concludens particularem affirmativam, hoc modo.

Quidam homo est risibilis,  
et omnis homo est a(nimal),  
ergo quod/dam a(nimal) est risibile.

Locus a subiecto. M(axima): Si aliquid praedicatur de alio particulariter, et aliud praedicatur de eodem universaliter, / primum praedicatum

---

<sup>103</sup> +Est - conclusione+ add. alia manu i.m. infra B

<sup>104</sup> #Et - conclusione# add. alia manu i.m. dextr. B

<sup>105</sup> modo primae figurae] p(ri)me fig() m(odo) B

praedicatur de secundo particulariter. Et iste descendit a syllogismo tertii modi primae figurae, secunda / propositione<sup>106</sup> illius conversa simpliciter et posita in principio istius, et prima illius posita in assumptione istius, conclusione conversa simpliciter.

(3.4) ‘Omne’ tenens quartus affirmat particulares. |64v|

¶ <S>ylogismus quarti modi tertiae figurae constat ex universalis affirmativa et particulari affirmativa concludens particularem affirmativam, hoc modo. /

Omnis homo est a(nimal),  
et quidam homo est risibilis,  
ergo quoddam risibile est a(nimal).

L(ocus) a subiecto. M(axima): Si aliquid praedicatur de aliquo / universaliter, et aliud praedicatur de alio particulariter, primum praedicatum praedicatur de secundo particulariter. Et iste syllogismus descendit a syllogismo tertii modi primae figurae, assumptione illius conversa simpliciter.

(3.5) ¶ <S>ylogismus quinti modi / tertiae figurae constat ex particulari negativa ‘et<sup>107</sup> universalis affirmativa particulariter colligens negativam’, hoc modo.

Quidam homo non est asinus,  
et omnis homo est asinus,  
ergo quoddam animal non est / asinus.

L(ocus) a subiecto. <Maxima>: Si aliquid removetur ab aliquo particulariter, et aliud praedicatur de eo universaliter, primum / praedicatum removetur a secundo particulariter. Et iste syllogismus non descendit ab aliquo praedictorum. Sed si negetur / conclusio, illis duabus concessis, oportet concedi sua dividens, haec scil. ‘omne a(nimal) est asinus’, / quae concessa ducitur ad inconveniens, hoc modo.

Omne a(nimal) est asinus,  
sed omnis homo est a(nimal),  
ergo omnis / homo est asinus.

Et propter hoc inconveniens vitandum, concedenda est illa particularis negativa. /

(3.6) ¶ Sextus habet ‘nullum’, bis ‘quoddam’, sed negat unum.

¶ <S>ylogismus sexti modi tertiae figurae con/stat ex universalis negativa et particulari affirmativa et concludens particularem negativam, hoc modo.

---

<sup>106</sup> propositione] p(ro) B

<sup>107</sup> ‘et - negativam’ s.l. add. alia manu B

Nullus homo est lapis, /  
sed quidam homo est risibilis,  
ergo quoddam risibile non est lapis.

L(ocus) a subiecto. M(axima): Si aliquid removetur ab alio / universaliter, et aliud praedicatur de eodem particulariter, primum praedicatum removetur a secundo particulariter. Et iste syllogismus / descendit a syllogismo quarti modi primae figurae, assumptione illius conversa simpliciter. /

### <De syllogismo hypothetico>

¶ <S>equitur de hypotheticis syllogismis.

Ad quorum maiorem evidentiam, videndum<sup>108</sup> est / quid sit hypothetica propositio et qualiter dividatur.

Hypothetica propositio est illa, partes cuius ponuntur / in ipsa ad significandum aliquid quod sit verum vel falsum. [] Accipitur etiam hypothetica propositio / in hac alia significatione, s(cil.) pro(positio) f(alsa) concessa pro vera ut ratio ducatur ad finem, ut cum dicitur / in disputatione faciamus hypothesis per consensum, i.e. concedatur haec propositio ut ratio / ducatur ad finem. [] Sed de ista nihil ad praesens, de alia vero dicendum est.

Quae ita dividitur. / Hypothetica propositio alia est affirmativa, alia negativa. Affirmativa est illa quae non habet signum negationis positum / ante signum conditionis, ut haec ‘*Si Socrates est homo, Socrates est animal*’. Negativa est illa quae habeat signum / negationis praepositum signo conditionis, ut haec ‘*Non si Socrates est homo, Socrates est animal*’.

Dividitur etiam hoc alio modo. Hypotheticarum propositionum alia est connexa, alia est disiuncta. [] Con|65r|nexa est illa, partes cuius coniunguntur per aliquam coniunctionem aliam a dis/iunctivis<sup>109</sup>, ut haec ‘*Si Socrates est homo, Socrates est animal*’, et e converso ‘<*Socrates*> est homo, <*si*> *Socrates est animal*’. ‘Coniunctio’ hic large ac/cipitur, etiam pro adverbio. [] Disiuncta est illa, partes cuius coniungur per disiunc/tivam coniunctionem, ut haec ‘*Aut Socrates est sanus, aut Socrates est aeger*’.

---

<sup>108</sup> videndum] uide(n) seu uid(er)e B

<sup>109</sup> disiunctivis] dis/iustiuus B

¶ <I>terum connexarum / propositionum alia est conditionalis, alia temporalis, alia causalis, alia non.

Conditionalis propositio est illa, / partes cuius coniunguntur per istam coniunctionem, scil. ‘si’, vel per aliquam aliam similem vim / habentem, ut haec ‘*Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal)*’ ‘*Cum Socrates est homo, Socrates est a(nimal)*’ ‘*Dum Socrates est homo, Socrates est a(nimal)*’, quia ‘cum’ et / ‘dum’ quandoque accipiuntur in vi istius coniunctionis, scil. ‘si’. Et ideo cum audimus huiusmodi / propositiones [si] ‘*cum Socrates est homo, Socrates est a(nimal)*’, debemus bene inquirere in qua significatione illud ‘cum’ ac/cipiatur, et secundum eius significationem<sup>110</sup> iudicare. [] Accipitur etiam conditionalis propositio in hac significatione, / i.e. hypothetica propositio.

Temporalis propositio<sup>111</sup> est illa, partes cuius iunguntur per istam coniunctionem, scil. / ‘quando’, vel per aliam similem vim habentem, ut haec ‘*Quando Socrates est homo, Padus currit*’. Et similiter / istae coniunctiones, scil. ‘cum’ et ‘dum’, pro ‘quando’ accipiuntur.

Illa propositio est causalis, partes cuius est con/iunguntur per istam coniunctionem, scil. ‘quoniam’, ‘vel’ per aliam similem vim habentem, ut haec ‘*Quoniam Socrates est a(nimal), Socrates est homo*’ / ‘*Quia Socrates est a(nimal), Socrates est homo*’. [Et *Socrates est a(nimal)*. Et ‘*animalium aliud est rationale, aliud irrationale*’, quia tantum valet / quantum et ista ‘*Et quaedam animalia sunt rationalia, et quaedam irrationalia*’. Quidam tamen vo/lunt quod illa sit disiuncta].

¶ <D>ictum est quae propositio sit conditionalis et quae non.

Sciendum / est quod conditionalis propositio habet duas partes, scil. antecedens et consequens. Antecedens in conditio/nali propositione dicitur esse illa pars †

<In> conditional(i) pro(positione) interponitur signum conditionis, sive praeponatur / sive non. Praeponitur ut in hac ‘*Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal)*’. Postponitur ut in hac ‘*Socrates est a(nimal), si Socrates est / homo*’.

Conditionalium propositionum alia est simplex, alia est composita. Simplex conditionalis / est illa quae habet solummodo catego(ricas) in sui constitutione, ut haec ‘*Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal)*’. Illa

---

<sup>110</sup> significationem] significacione(m) B

<sup>111</sup> propositio] p(ro) B

est com/posita quae habet aliquam hypotheticam in sui constitutione, ut haec ‘*Si, cum Socrates est homo, Socrates est a(nimal), Socrates est corpus*’. /

Conditionalium propositionum simplicium alia constat ex duabus affirmativis, alia constat ex duabus negativis, alia / ex affirmativa et negativa, alia ex negativa et affirmativa. Illa conditionalis propositio<sup>112</sup> constat ex duabus affirmativis, antecedens |65v| cuius est categorica propositio <affirmativa et consequens similiter, ut haec ‘*Si Socrates est homo, Socrates est animal*’ . Illa constat ex duabus negativis, antecedens cuius est categorica > negativa et consequens similiter, ut haec ‘*Si Socrates non est a(nima)l, Socrates non est homo*’ . Illa con/stat ex affirmativa et negativa, antecedens cuius est categorica propositio affirmativa et consequens negativa, ut haec ‘*Si Socrates est homo, / Socrates non est lapis*’ . Illa constat ex negativa et affirmativa, antecedens cuius est negativa propositio et consequens affirmativa, / ut haec ‘*Si Socrates non est sanus, Socrates est aeger*’ .

¶ <D>ividitur etiam hoc alio modo conditionis propositio. Conditionalium propositionum alia est necessaria, alia non necessaria. [] Illa conditionalis propositio est necessaria, quae proponit / aliquid sequi ex eo ex quo necessario sequitur, ut ista <‘*Si Socrates est homo, Socrates est animal*’ . Vel illa est necessaria, quae proponit illud non sequi ex eo ex quo non necessario sequitur, ut haec> ‘*Non si [si] Socrates est homo, Padus currit*’ . [] Illa conditionalis / propositio est non necessaria, quae proponit aliquid sequi ad illud ad quod nullo modo sequitur, ut haec ‘*Si Socrates est homo, / Padus currit*’ , et ‘*Si omnis homo est illa, Socrates est a(nimal)*’ . Vel illa est non necessaria, quae proponit illud / non sequi ad id quod necessario sequitur, ut haec ‘*Non si Socrates est homo, Socrates est a(nimal)*’ .

Item conditionalium propositionum / alia fit per positionem terminorum, alia non. Illa conditionalis propositio fit per positionem terminorum, qua ostenditur causa antecedere suum effectum, ut haec ‘*Si obiectus terrae est, luna partitur eclipsin*<sup>113</sup>’ , / obiectus terrae est causa quare luna partitur eclipsin<sup>114</sup>. Illa fit non per positionem terminorum, / qua ostenditur effectus praecedere suam causam, ut haec ‘*Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal)*’ . /

---

<sup>112</sup> propositio] p(ro) B

<sup>113</sup> eclipsin] enclisin B

<sup>114</sup> eclipsin] enclisin B

¶ <D>ictum est quae propositio sit conditionalis et qualiter dividatur. Nunc ad maiorem evi/dentiam illorum syllogismorum, qui disponuntur ex conditionalibus, attendendum est / hoc capitulum Aristotelicum, scil. idem cum sit et non sit, necesse<sup>115</sup> est idem esse et non esse. /

Per hoc capitulum voluit Aristoteles manifestare vim antecedentis et consequentis.

Vis / antecedentis talis est quod eo posito necessario ponitur conseques, ut ‘*si Socrates est homo*’ ante/cedens ad hoc, scil. ‘*Socrates est a(nimal)*’; et ideo eo posito necessario hoc concedendum est, scil. ‘*Socrates est a(nimal)*’. / [] Sed non est vis antecedentis talis quod eo negato affirmetur sive negetur consequens, / propter inconveniens quod inde sequitur, et omne illud, ut ait Boethius (*De syl. hyp.* 836A15-B1?), est falsum et impossibile, / ex quo falsum et impossibile sequitur. [] Videamus quod fal(sum) et impossibile sequatur, si nega(to) / antecedenti negetur consequens:

Si Socrates non est homo, Socrates non est a(nimal).

Ergo si Socrates est a(nimal), Socrates est homo.

A consequen(ti) destructo.

Si Socrates est a(nimal), Socrates est homo<sup>116</sup>.

Ergo si Socrates est asinus, Socrates est homo.

A consequenti non destructo.

Et / si Socrates [non] est homo, Socrates non est asinus<sup>117</sup>.

Ergo si Socrates est asinus, Socrates non est asinus.

Ab antecedenti]. [] Similiter si destruc|66r|to antecedenti affirmetur consequens, inconveniens inde sequitur, hoc modo.

Si Socrates non est homo, / Socrates est a(nimal).

Ergo si Socrates non est a(nimal), Socrates est homo.

A consequenti destructo.

Et si Socrates est homo, Socrates est a(nimal).

Ergo si Socrates / non est a(nimal), Socrates est a(nimal).

Ab antecedenti.

Vis consequentis talis est quod eo destructo destruitur / et antecedens, ut haec ‘*si Socrates est a(nimal)*’ est consequens ad hoc, scil. ‘*Socrates est homo*’; et ideo hoc destructo, scil. ‘*Socrates est a(nimal)*’, de/struitur sive negatur hoc, scil. ‘*Socrates est homo*’. Sed non est vis

---

<sup>115</sup> necesse] n()[\*]ecee B

<sup>116</sup> homo] .o. B

<sup>117</sup> asinus] a(nimal) B

consequentis talis quod eo posito ponatur sive / negetur antecedens, quia falsum et impossibile inde sequitur, hoc modo.

Si Socrates est a(nimal), Socrates est homo.

Igitur / si Socrates est asinus, Socrates est homo.

A consequenti.

Et si Socrates est homo, Socrates non est asinus.

Ergo si Socrates est asinus, Socrates non / est asinus.

Ab antecedenti. Similiter si consequens affirmetur, et antecedens negetur, sequitur / inde falsum, hoc modo.

Si Socrates est a(nimal), Socrates non est homo.

Ergo si Socrates est homo, Socrates non est a(nimal).

Et si Socrates non est a(nimal), Socrates non est / homo.

Ergo si Socrates est homo, Socrates non est homo.

Ab antecedenti.

His visis sic possumus exponere illud / capitulum, scil. idem cum sit et non sit, necesse est idem esse et non esse, i.e. si aliquid antecedit / ad aliud, eo posito necessario ponitur consequens, sed non eo destructo ponitur sive / negatur consequens <secundum vim antecedentis>; et similiter si aliquid sequitur ad aliud, eo destructo destruitur / et antecedens, sed non si consequens ponatur, antecedens necesse est poni vel destrui / secundum vim consequentis.

Et hoc dicitur propter vim parium vel contrariorum inmediorum, quae talem / reddunt consequentiam<sup>118</sup> quod posito ante(cedente) ponitur consequens et eo destructo <destruitur consequens secundum vim parium; et quod posito antecedente destruitur consequens et destructo consequente> ponitur / antecedens secundum vim contrariorum inmediatorum.

¶ <D>ictum est qualiter illud capitulum / Aristotelicum sit exponendum et de diversitate conditionalium simplicium. Nunc / dicendum est de syllogismis earum.

Qui ita dividuntur. Syllogismorum descendentium / a conditionali propositione simplici (1) alias est primi modi, (2) alias est secundi modi, (3) alias tertii, (4) alias quarti.

(1) Ille syllogismus descendens a conditionali propositione simplici est primi modi, / qui descendit a conditionali propositione simplici

---

<sup>118</sup> consequentiam] 9seq(ue)ntia B

constante ex duabus affirmativis, sive fiat per positionem / antecedentis, sive per destructionem consequentis.

Per positionem antecedentis, hoc modo. /

Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal),  
sed Socrates est homo,  
ergo Socrates est a(nimal).

Et iste syllogismus dicitur perfectus, quia nullus / alius potest reperiri certior per quem iste probari poterit.

Per destructionem consequentis, |66v| hoc modo.

Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal),  
sed Socrates non est a(nimal),  
ergo Socrates non est homo.

Iste dicitur imperfectus, quia / potest probari alio certiore se. Et hoc impossibili demonstrato hoc modo. Si negaretur / conclusio, illis duabus concessis, oportet ipsum dividere suam dividentem, hanc scil. / ‘*Socrates est homo*’, qua<sup>119</sup> concessa ducitur ad inconveniens, hoc modo.

Si Socrates non est <animal>, Socrates est homo, /  
et si Socrates est homo, Socrates est a(nimal),  
ergo si Socrates non est a(nimal), Socrates est a(nimal).

(2) ¶ <I>lle syllogismus descendens a conditionali propositione simplici est secundi modi, qui descendit a conditionali propositione simplici constante ex affirmativa et ne/gativa, sive per positionem antecedentis sive per destructionem consequentis.

Per positionem antece/dentis, hoc modo.

Si Socrates est homo, Socrates non est lapis,  
sed Socrates est homo,  
ergo Socrates non est lapis.

Et iste dicitur / perfectus praedicta ratione.

Per destructionem consequentis, hoc modo.

Si Socrates est homo, Socrates non est lapis, /  
sed Socrates est lapis,  
ergo Socrates non est homo.

Et iste dicitur imperfectus, quia potest probari alio certiore se, im/possibili demonstrato. Si enim negetur conclusio, debet concedi sua dividens / in conclusione, ista scil.<sup>120</sup> ‘*Socrates est homo*’, qua concessa hoc modo demonstratur impossibile. /

Si Socrates est lapis, Socrates est homo,

---

<sup>119</sup> qua] q(uia) B

<sup>120</sup> scil.] si B

et si Socrates est homo, Socrates non est lapis,  
ergo si Socrates est lapis, Socrates non est lapis.

Ab / antecedenti.

(3) ¶ <I>lle syllogismus est tertii modi, qui descendit a conditionali propositione simplici / constante ex negativa et affirmativa, sive per positionem antecedentis, sive per destructionem consequentis.

Per positionem antecedentis, hoc modo.

Si Socrates non est sanus, Socrates est aeger,  
sed Socrates non est sanus,  
ergo Socrates est aeger.

Et / iste perfectus praedicta ratione.

Per destructionem consequentis, hoc modo.

Si Socrates non est sanus, Socrates est aeger,  
sed Socrates / non est aeger,  
ergo Socrates est sanus.

Et iste dicitur imperfectus, quia potest probari alio certiore se / impossibili demonstrato sicuti et alii.

Ex ista disponuntur alio <modo> / alii duo, unus per destructionem antecedentis et alias per positionem consequentis, non secundum vim ante/cedentis et consequentis, sed secundum vim contrariorum inmediatorum.

Per destructionem antecedentis, hoc modo.

Si Socrates non est sanus, Socrates est aeger,  
sed Socrates est sanus,  
ergo Socrates non est aeger.

Locus ab antecedente destructo, non / secundum vim antecedentis, sed secundum vim inmediatorum, illo destructo destruitur quod con/sequitur.

Per positionem consequentis, hoc modo.

Si Socrates non est sanus, Socrates est aeger,  
sed Socrates est aeger, /  
ergo Socrates non est sanus.

A consequenti posito secundum vim immediatorum. M(axima): Si aliquid sequitur ad |67r| aliud secundum vim inmediatorum, illo posito necesse est poni antecedens. /

(4) ¶ <I>lle syllogismus descendens a conditionali propositione simplici est quarti modi, qui descendit / a conditionali propositione simplici constante ex duabus negativis, sive per positionem antecedentis sive per de/structione consequentis.

Per positionem antecedentis, hoc modo.

Si Socrates non est lapis, Socrates non est margarita,

sed Socrates non est lapis,  
igitur Socrates non est / margarita.

Et iste dicitur perfectus praemissa ratione.

Per destructionem consequentis, hoc modo.

Si Socrates non est a(nimal), Socrates non est / homo,  
sed Socrates est homo,  
ergo Socrates est a(nimal).

Et iste dicitur imperfectus, quia potest probari alio certiori se, sicut et / alii, demonstrato impossibili.

¶ <S>equitur de conditionalibus propositionibus compositis et de /  
syllogismis earum.

Quarum talis fit divisio. Conditionalium compositoarum (I) alia constat ex / categorica et hypothetica, (II) <alia constat ex hypothetica et categorica>, (III) alia ex duabus hypotheticis. (I) Illa constat ex categorica et hypothetica, antece/dens cuius est categorica et consequens hypothetica, ut haec ‘*Si Socrates est homo, cum Socrates est a(nimal), Socrates est corpus*’. (II) Il/la constat ex hypothetica et categorica, antecedens cuius est hypothetica propositio et consequens categorica, ut haec / ‘*Si cum est Socrates est homo, Socrates est a(nimal), Socrates est corpus*’. Antecedens istius est hypothetica, scil. ‘*cum Socrates est homo, Socrates est a(nimal)*’; / consequens est categorica propositio [si] ‘*Socrates est corpus*’. Illud ‘si’ positum est ibi ad coniungendum istam / categoricam cum illa hypothetica. (III) Illa constat ex duabus hypotheticis, antecedens cuius est hypothetica propositio simplex / et consequens similiter, ut haec ‘*Si cum Socrates est homo, Socrates est a(nimal), cum Socrates est corpus, Socrates est substantia*’.

Iterum di/viditur hoc alio modo. Conditionalium propositionum compositarum (II) alia dicitur habere tres terminos, (III.2) alia quattuor, / (III.1) alia dicitur media. (II) Illa dicitur habere tres terminos tantum, quae constat ex tribus categoricis propositionibus, unde nulla ibi / repetita, ut haec ‘*Si cum Socrates est homo, Socrates est a(nimal), Socrates est corpus*’. (III.2) Illa dicitur habere quattuor terminos, quae habet quattuor / categoricas propositiones diversas in sui constitutione, ut haec ‘*Si cum Socrates est homo, Socrates est a(nimal), cum Socrates est corpus, Socrates est / substantia*’ . (III.1) Illa dicitur media, quae cum constat ex duabus propositionibus hypotheticis, habet tres categoricas in sui / constitutione tantum, ut haec ‘*Si cum Socrates est homo, Socrates est a(nimal), cum Socrates est a(nimal), Socrates est corpus*’. Et dicitur media / hac ratione, quia si respicimus ad ipsam <constitutionem>,

videmus ipsam constantem ex duabus hypotheticis / quemadmodum et illae quae habent quattuor terminos; si vero respicimus numerum terminorum<sup>121</sup>, non in/veniemus ibi nisi tres solummodo.

## I

¶ <D>ictum est quae propositio constet ex categorica et hypothetica et quae / non. Nunc videndum est qualiter dividatur propositio constans ex categorica et hypothetica.

<Propositionum constantium ex categorica et hypothetica> (1) alia constat ex |67v| categorica affirmativa et hypothetica affirmativa, (2) alia ex categorica negativa et hypothetica affirmativa. (1) Ex categorica / affirmativa et hypothetica affirmativa, ut haec ‘*Si Socrates est homo, cum Socrates est animatus, Socrates est rationalis*’. (2) Quae constat / ex categorica negativa et hypothetica affirmativa, ut haec ‘*Si Socrates non est animatus, cum Socrates est insensibilis, Socrates / est invitalis*’.

(1) Iterum hypothetica constans ex categorica affirmativa et hypothetica <affirmativa> (1.1) alia est talis in qua se/quitur hypothetica propositio simplex constans ex duabus affirmativis ad categoricam affirmativam, / (1.2) alia est talis in qua sequitur hypothetica propositio constans ex affirmativa et negativa <ad categoricam affirmativam>, (1.3) alia est talis in qua / sequitur hypothetica constans ex affirmativa et negativa ad categoricam affirmativam, / (1.4) alia est talis in qua sequitur hypothetica propositio constans ex duabus negativis / ad categoricam affirmativam.

(1.1) In qua sequitur hypothetica constans ex duabus affirmativis / ad categoricam affirmativam, ut haec ‘*Si Socrates est homo, cum Socrates est animatus, Socrates est rationalis*’. / (1.2) In qua sequitur hypothetica constans ex affirmativa et negativa, ut haec ‘*Si Socrates est homo, cum Socrates est / animatus, Socrates non est irrationalis*’. (1.3) In qua sequitur hypothetica constans ex negativa et affirmativa, ut haec / ‘*Si Socrates est homo, cum Socrates non est inanimatus, Socrates est rationalis*’. (1.4) In qua sequitur hypothetica constans / ex duabus negativis, ut haec ‘*Si Socrates est homo, cum Socrates non est inanimatus, Socrates non est irrationalis*’.

(1.1) Sciendum est quod illa propositio, in qua sequitur

---

<sup>121</sup> terminorum] cathe(goricarum) B

hypothetica constans ex duabus affirmativis<sup>122</sup> / ad categoricam <affirmativam>, debet constare ex talibus<sup>123</sup> propositionibus, quod praedicatus terminus primae non possit / esse sine praedicato secundae, praedicatus autem secundae possit esse sine praedicato tertiae, / ut vis conditionalis patenter appareat. Quae talis est quod coniungit falsum con/sequens cum vero antecedenti ad veram propositionem reddendam, ut in hac<sup>124</sup> ‘*Si Socrates est homo, cum Socrates est animatus, Socrates est rationalis*’ consequens huius falsum est et inconveniens, / sed per vim conditionis coniungitur cum vero antecedenti ad veram propositionem faciendam. / Quod sit vera, potest videri, cognito quid ipsa proponat<sup>125</sup>. Hic <enim> proponit ‘*cum Socrates est animatus, / Socrates est rationalis*’, si ipse est homo. Et ideo tales debet habere terminos, quia nisi haberet<sup>126</sup> / tales quod ita se haberent, vis conditionis iam non patenter appareret, / ut in hac ‘*Si Socrates est homo, cum Socrates est a(nimal), Socrates est corpus*’. Hic non apparent vis conditionis, |68r| quia sive antecedens verum sit sive non, semper verum est quod si Socrates est a(nimal), Socrates est cor/pus.

Ex ista duo disponunt syllogismi: unus per positionem antecedentis, et aliis per de/structionem consequentis.

Per positionem antecedentis, hoc modo.

Si Socrates est homo, cum Socrates est animatus, /  
Socrates est rationalis,  
sed Socrates est homo,  
ergo cum Socrates est animatus, Socrates est rationalis.

<Per destructionem consequentis, hoc modo.

Si Socrates est homo, cum Socrates est animatus,  
Socrates est rationalis,  
sed Socrates non est rationalis>,  
ergo Socrates non est homo.

(1.2) Illa, / in qua sequitur hypothetica constans ex affirmativa et negativa, debet habere tales terminos, quod / primus habeat se ad secundam ut pars et sit oppositus tertio, secundus possit esse cum / tertio et sine eo, ut haec ‘*Si Socrates est homo, cum Socrates est animatus, Socrates non est irrationalis*’.

Et ex / ista duo disponuntur syllogismi, unus per positionem

<sup>122</sup> affirmativis] negat(iv)i<sup>s</sup> B

<sup>123</sup> talibus] duab(us) B

<sup>124</sup> hac] h(oc) B

<sup>125</sup> proponat] p(rae)ponat(ur) B

<sup>126</sup> haberet] inhr(er)et B

antecedentis, hoc modo.

Si / Socrates est homo, cum Socrates est animatus,  
Socrates non est irrationalis,  
sed Socrates est homo,  
ergo cum Socrates non est / animatus,  
Socrates non est rationalis.

Alius per destructionem consequentis, hoc modo.

Si Socrates est homo, / cum Socrates est animatus,  
Socrates non est irrationalis,  
sed cum Socrates est animatus, Socrates est irrationalis,  
igitur Socrates non est homo. /

(1.3) Illa, in qua sequitur hypothetica constans ex negativa et affirmativa, exigit tales terminos, quod / primus sit oppositus secundo et non possit esse sine tertio, <secundus potest esse cum tertio et sine eo>, ut haec ‘*Si Socrates est homo, cum / Socrates non est inanimatus, Socrates est rationalis*’. [] Et ex ista disponuntur duo syllogismi ad modum / praedictarum.

(1.4) Illa, in qua sequitur hypothetica constans ex duabus negativis, tales terminos ex/igit, quod primus sit oppositus secundo et ultimo, secundus potest esse oppositus tertio et non op/positus, ut haec ‘*Si Socrates est homo, cum Socrates non est inanimatus, Socrates non est insensibilis*’.  
[] Et ex / ista disponuntur duo syllogismi ad modum praedictarum.

(2) ¶ <S>equitur de illis propositionibus in quibus hypothetica sequitur ad categoricam negativam.

Quarum / talis fit divisio. Hypotheticarum propositionum, in quibus sequitur hypothetica ad categoricam negativam, (2.1) alia / est talis in qua sequitur hypothetica [ad categoricam negativam, alia est talis in qua sequitur hypothetica] / constans ex duabus affirmativis, (2.2) alia est talis in qua sequitur hypothetica constans ex affirmativa et ne/gativa, (2.3) aliis est talis in qua sequitur hypothetica constans ex negativa et affirmativa, (2.4) alia est talis in / qua sequitur hypothetica constans ex duabus negativis.

(2.1) ¶ <I>lla, in qua sequitur hypothetica constans ex duabus affirmativis, debet habere tales terminos, |68v| quod primus possit esse cum secundo et sine eo, et sit oppositus tertio ita quod ad remotionem illius sequitur positio alterius et e converso, et secundus possit esse cum tertio et / sine eo, ut haec ‘*Si Socrates non est animatus<sup>127</sup>, cum Socrates est insensibilis, Socrates est invitalis*’.

---

<sup>127</sup> animatus] a(nimal) B

Et ex ista / disponuntur duo syllogismi, unus per positionem antecedentis, et alias per destructionem consequentis, / ad modum praedictorum; et duo alii, non secundum vim antecedentis et consequentis, sed secundum / vim contrariorum inmediatorum, <unus<sup>i</sup> per destructionem antecedentis, alias per positionem consequentis.

Per destructionem antecedentis>, hoc modo.

Si Socrates non est animatus, <etc,  
sed Socrates est animatus,  
ergo> cum Socrates non est insen/sibilis,  
Socrates est invitalis.

Per positionem consequentis, hoc modo.

Si Socrates non est animatus, etc,  
sed cum Socrates est / insensibilis, Socrates est invitalis,  
ergo Socrates non est animatus. /

(2.2) ¶ <I>lla, in qua sequitur hypothetica constans ex affirmativa et negativa, tales terminos exigit, quod primus / possit esse cum secundo et sine eo, et non possit esse sine tertio nec tertius sine / primo, et secundus possit esse cum tertio et sine eo, ut haec ‘*Si Socrates non est animatus, cum Socrates est / insensibilis, Socrates non vivit*’. [] Et ex ista disponuntur duo syllogismi: unus per positionem / antecedentis, et alias per destructionem consequentis.

(2.3) ¶ <I>lla, in qua sequitur hypothetica constans ex / negativa et affirmativa, tales terminos exigit, quod primus possit esse sine secundo et cum ipso, et sit / oppositus tertio ita quod ad remotionem unius sequitur positio alterius et e conver/so, et secundus similiter sit oppositus tertio, ut haec ‘*Si Socrates non est animatus, cum Socrates non est sensibiliis, <Socrates> est invitalis*’’. [] Et ex ista disponuntur duo syllogismi: unus per positionem antecedentis, / et alias per destructionem consequentis.

(2.4) ¶ <I>lla, in qua sequitur hypothetica constans / ex duabus negativis, tales terminos debet habere, quod primus possit esse cum secundo et / sine eo, et non possit esse sine [eo] tertio nec tertius sine ipso, secundus non possit<sup>128</sup> / esse sine tertio, ut haec ‘*Si Socrates non est animatus, cum Socrates non est sensibilis, Socrates non est invi/talis*’’. [] Et ex ista disponuntur duo syllogismi quemadmodum ex praemissis. /

## II

¶ <N>unc de hypotheticis constantibus ex hypothetica et

---

<sup>128</sup> possit] pot(est) B

categorica dicamus. /

Quarum talis fit divisio. Hypotheticarum propositionum constantium ex hypothetica et categorica (1) alia con/stat ex <hypothetica et> categorica affirmativa, (2) alia constat ex hypothetica et categorica negativa.

(1) Hypotheticae, quae constat ex |69r| hypothetica et categorica affirmativa, (1.1) alia est talis, in qua sequitur categorica affirmativa ad hypotheticam / constantem ex duabus affirmativis, (1.2) alia est talis, in qua sequitur categorica affirmativa ad hypothetica constantem ex affirmativa et negativa, (1.3) <alia est talis, in qua sequitur categorica affirmativa ad hypothetica constantem ex negativa et affirmativa>, (1.4) alia et talis, in qua sequitur categorica <affirmativa> ad hypotheticam constantem ex dua/bus negativis.

(1.1) Illa, in qua sequitur categorica <affirmativa> ad hypotheticam constantem ex duabus affirmativis, tales / terminos exigit, quod primus possit esse sine secundo et tertio et cum illis, secundus et tertius nunquam / sine primo, secundus vero non possit esse sine tertio, tertius [non] possit esse sine secundo et / cum illo, ut haec ‘*Si cum Socrates est animatus, Socrates est homo, Socrates est animal*’.

<Et ex ista disponuntur duo syllogismi: unus per positionem antecedentis, aliis per destructionem consequentis.

Per positionem antecedentis, hoc modo.

Si cum Socrates est animatus, etc>,  
sed cum Socrates est animatus, Socrates est / homo,  
ergo Socrates est animal.

Per destructionem consequentis, hoc modo.

Si cum Socrates est animatus, etc,  
sed Socrates non est / animal,  
ergo cum Socrates est animatus, Socrates non est homo.

(1.2) Illa, in qua sequitur categorica <affirmativa> ad hypotheticam constantem / ex affirmativa et negativa, tales terminos exigit, quod primus possit esse sine secundo et tertio et cum / illis, secundus vero non possit esse sine primo et sit oppositus tertio ita quod ad remotionem / illius sequitur positio alterius et e converso, tertius possit esse cum ipso primo et sine / eo, ut haec ‘*Si cum Socrates est animatus, Socrates non est animal, Socrates est insensibilis*’.

Et ex ista disponuntur quattuor syllogismi: unus per positionem antecedentis, et aliis per destructionem consequentis, et unus / per positionem consequentis, et aliis per destructionem antecedentis.

<Per positionem antecedentis>, hoc modo.  $(A \rightarrow B) \rightarrow C, (A \rightarrow B) \dashv C$

Si cum / Socrates est animatus,  
 Socrates non est a(nimal),  
 Socrates est insensibilis,  
 sed cum Socrates est animatus,  
 Socrates non est a(nimal), /  
 igitur Socrates [non] est insensibilis.

Per destructionem consequentis:  $(A \rightarrow B) \rightarrow C, \neg C \vdash A \rightarrow \neg B$   
 sed Socrates non est insensibilis,  
 ergo cum Socrates est animatus, Socrates est a(nimal).

Per destructionem antecedentis, hoc modo.  $*(A \rightarrow B) \rightarrow C, A \rightarrow \neg B \vdash \neg C$

Si cum Socrates est / animatus,  
 Socrates non est a(nimal),  
 Socrates non est insensibilis,  
 sed cum Socrates est animatus, Socrates est a(nimal),  
 ergo Socrates non est / insensibilis.

Per positionem consequentis:  $*(A \rightarrow B) \rightarrow C, C \vdash A \rightarrow B$   
 sed Socrates est insensibilis,  
 igitur cum Socrates est animatus,  
 Socrates / non est a(nimal).

(1.3) Illa <hypothetica>, in qua sequitur categorica <affirmativa>  
 ad hypotheticam constantem ex negativa et affirmativa, / tales terminos  
 habere debet, quod secundus et tertius possit esse sive sit primus sive non,  
 secundus / non possit esse sine tertio, et necesse <est> tertium esse si<sup>129</sup>  
 primo negato ponatur / secundus, ut haec ‘*Si cum Socrates non est invitalis,  
 Socrates est homo, Socrates est a(nimal)*’.

Et ex ista disponuntur / duo syllogismi ad modum praedictarum.

(1.4) Illa hypothetica, in qua sequitur categorica affirmativa ad  
 |69v| hypotheticam constantem ex duabus negativis, tales terminos exigit,  
 quod secundus et tertius pos/sit esse sive sit primus sive non, secundus  
 vero sit oppositus tertio, et necesse est / tertium esse si primo negato  
 negetur secundus, hoc modo: ‘*Si cum Socrates non est a(nimal), Socrates  
 non est / animatus, Socrates est invitalis*’.

Et ex ista disponuntur quattuor syllogismi: unus per positionem /  
 antecedentis, et aliis per destructionem consequentis, et unus per  
 destructionem<sup>130</sup> / antecedentis, et aliis per positionem consequentis.

¶ (2) <S>equitur de illis propositionibus, in quibus sequitur  
 categorica negativa ad hypotheticam.

<sup>129</sup> si] sine B

<sup>130</sup> destructionem] podestructio(n)e(m) B

Quarum talis fit / divisio. Hypotheticarum propositionum, in quibus sequitur categorica negativa ad hypotheticam, (2.1) alia est talis, / in qua sequitur categorica negativa ad hypotheticam constantem ex duabus affirmativis, / (2.2) alia <est talis, in qua sequitur categorica negativa ad hypotheticam constantem> ex negativa et affirmativa, (2.3) alia in qua sequitur categorica negativa ad hypotheticam constantem ex negativa et affirmativa, (2.4) alia in qua sequitur categorica negativa ad hypotheticam constantem ex duabus negativis. /

(2.1) ¶ <I>lla, in qua sequitur categorica negativa ad hypotheticam constantem ex duabus / affirmativis, tales exigunt terminos, quod primus possit esse cum illis duobus sequentibus et / sine illis, et secundus sit oppositus tertio, et necesse est tertium non esse si primo [ponatur] / posito ponatur secundus, hoc modo: ‘*Si cum Socrates est animatus, Socrates est homo, Socrates non est equus*’. [] Et ex ista disponuntur duo syllogismi ad modum praemissarum.

(2.2) Illa, in qua / sequitur <categorica> negativa ad hypotheticam constantem ex affirmativa et negativa, tales terminos exigunt, / quod primus possit esse cum duobus sequentibus et sine illis, et tertius non possit / esse sine secundo, et necesse est tertium esse si primo posito / negetur secundus, hoc modo: ‘*Si cum Socrates est animatus, Socrates non est animal, Socrates non est homo*’ . [] Et ex ista disponuntur duo / syllogismi <ad modum praedictarum>.

(2.3) Illa, in qua sequitur categorica negativa ad hypotheticam constantem ex ne/gativa et affirmativa, tales terminos exigunt, quod secundus et tertius possint esse sive sit pri/mus sive non, et secundus sit oppositus tertio, et necesse est tertium non esse si / primo negato secundus negetur, hoc modo: ‘*Si cum Socrates non est invitalis, Socrates est homo, |70r| Socrates non est equus*’ . [] Et ex ista disponuntur duo syllogismi <ad modum praedictarum>.

(2.4) Illa, in qua sequitur ca/tegorica negativa ad hypotheticam constantem ex duabus negativis, tales / terminos exigunt, quod duo sequentes possint esse sive sit primus sive non, / et tertius non possit esse sine secundo, et [tunc] necesse est tertium non esse si<sup>131</sup> / primo negato negetur secundus, hoc modo: ‘*Si cum Socrates non est invitalis, Socrates non est animal, non est homo*’ . [] Et ex ista disponuntur <duo> syllogismi ad modum praedictarum.

### III.1 <De mediis>

---

<sup>131</sup> si] sine B

¶ <S>equitur de mediis propositionibus.

Mediae dicuntur illae quae constat ex duabus / hypotheticis propositionibus constantibus ex categoricis propositionibus habentibus tres praedicatos terminos tantum, / ut haec ‘*Si cum Socrates est homo, Socrates est a(nimal), cum Socrates est a(nimal), Socrates est corpus*’.

Mediarum propositionum / (1) aliae enuntiantur secundum primam figuram, (2) aliae secundum secundam, (3) aliae secundum tertiam. (1) Illae / enuntiantur secundum primam figuram quae constant ex duabus hypotheticis propositionibus, in prima / quarum est consequens illud quod est antecedens in secunda, ut haec ‘*Si cum Socrates est homo, / Socrates est a(nimal), cum Socrates est animal, Socrates est corpus*’ . (2) Illae enuntiantur secundum secundam figuram, in quibus se/quuntur duo diversa proposita non contradictoria ad duo contradictoria, ut haec / ‘*Si cum Socrates est sanus, Socrates est a(nimal), cum Socrates non est sanus, Socrates est aeger*’ . (3) Illae enuntiantur / secundum tertiam figuram, in quibus sequuntur duo contradictoria, ut haec ‘*Si cum Socrates est homo, Socrates est / a(nimal), cum Socrates est insensibilis, Socrates non est a(nimal)*’ . /

(1) ¶ <M>ediarum propositionum, quae enuntiantur per primam figuram, alia dicitur prima, alia / secunda, et sic usque ad octavam.

(1.1) Prima dicitur illa media enuntiata / per primam figuram, quae constat ex duabus hypotheticis constantibus ex categoricis<sup>132</sup> / affirmativis solummodo, ut haec ‘*Si cum Socrates est homo, Socrates est a(nimal), cum Socrates est a(nimal), Socrates est corpus*’ .

Et / ex ista disponuntur duo syllogismi, unus per positionem antecedentis primae / hypotheticae, et aliis per destructionem consequentis secundae hypotheticae.

Per positionem antecedentis / primae hypotheticae, hoc modo.

Si cum Socrates est homo, Socrates est animal<sup>133</sup>,

<cum> Socrates est a(nimal), Socrates est corpus,

sed Socrates est / homo,

ergo Socrates est corpus.

Si dubitaretur de conclusione istius syllogismi, probatur |70v| per alium syllogismum, hoc modo.

Si Socrates est homo, Socrates est a(nimal),

---

<sup>132</sup> categoricis affirmativis] cath(egoric)a / aff(irmativ)a B

<sup>133</sup> animal] homo B

et si Socrates est a(nimal), Socrates est corpus, /  
<ergo si Socrates est homo, Socrates est corpus>.

Ab antecedenti.

Sed Socrates est homo,  
ergo Socrates est corpus.

Per destructionem consequentis, hoc modo. /  
<Si cum Socrates est homo, Socrates est animal,  
cum Socrates est animal, Socrates est corpus>,  
Sed Socrates non est corpus,  
ergo Socrates non est homo.

Et iste syllogismus probatur per aliud si du/bitaretur de eius conclusione,  
hoc modo.

Si Socrates non est corpus, Socrates non est a(nimal),  
et / si Socrates non est a(nimal), Socrates non est homo,  
ergo si Socrates non est corpus, Socrates non est homo.

Ab ante/cedneti.

Sed Socrates non est corpus,  
ergo Socrates non est homo.

(1.2) Illa media enuntiata / secundum primam figuram est secunda,  
quae constat ex duabus propositionibus hypotheticis, quarum prima  
con/stat ex duabus categoricis affirmativis, alia constat ex affirmativa et  
negativa, ut haec ‘*Si cum / Socrates est homo, Socrates est a(nimal), cum*  
*Socrates est a(nimal), Socrates non est lapis*’. [] Et ex ista disponuntur  
duo / syllogismi ad modum praemissae.

(1.3) Tertia dicitur illa media enuntiata secundum primam figuram,  
/ quae constat ex duabus hypotheticis propositionibus, quarum prima  
constat ex affirmativa et negativa, / secunda ex negativa et affirmativa, ut  
haec ‘*Si cum Socrates est homo, Socrates non est insensibilis, / cum*  
*Socrates non est insensibilis, Socrates est a(nimal)*’’. [] Et ex ista  
disponuntur duo syllogismi <ad modum praemittarum>.

(1.4) Quar/ta est illa media enuntiata per primam figuram, quae  
constat ex duabus hypotheticis <propositionibus>, / quarum prima constat  
ex affirmativa et negativa, secunda ex duabus negativis, ut haec / ‘*Si cum*  
*Socrates [non] est homo, Socrates non est lapis, cum Socrates non est lapis,*  
*Socrates non est inanimatus*’. / [] Et ex ista disponuntur<sup>134</sup> duo  
syllogismi ad modum praemittarum.

(1.5) Quinta est illa me/dia enuntiata per primam figuram, quae  
constat ex duabus hypotheticis propositionibus, prima quarum / constat ex

---

<sup>134</sup> disponuntur] dispo(n)i B

negativa<sup>135</sup> et affirmativa, et secunda ex duabus affirmativis, ut haec ‘*Si cum Socrates non est / irrationalē a(nimal), Socrates est rationale a(nimal), cum Socrates est rationale a(nimal), Socrates est animal*’.

/ []

Et ex ista disponuntur<sup>136</sup> duo syllogismi ad modum praemittarum.

(1.6) Sexta est illa / media enuntiata per primam figuram, quae constat ex duabus hypotheticis propositionibus, prima / quarum constat ex negativa<sup>137</sup> et affirmativa, secunda ex affirmativa et negativa, ut haec ‘*Si cum / Socrates non est animatus, Socrates est inanimatus, cum Socrates est inanimatus, Socrates <non> est insensibilis*’.

[] Et / ex ista disponuntur duo syllogismi ad modum praemittarum.

(1.7) Septima est illa |71r| media <enuntiata per primam figuram>, quae constat ex duabus hypotheticis propositionibus, quarum prima constat ex / duabus negativis, secunda ex affirmativa et negativa, ut haec ‘*Si cum Socrates non est animatus, Socrates non / est a(nimal), <cum Socrates non est animal>, Socrates <non> est insensibilis*’.

[] Et ex ista disponuntur <duo> syllogismi ad modum praemittarum.

(1.8) Octava est illa media enuntiata per primam figuram, quae constat ex duabus / hypotheticis <propositionibus> constantibus ex duabus negativis <solummodo>, ut haec ‘*Si cum Socrates non est animatus, Socrates / non est a(nimal), cum Socrates non est a(nimal), Socrates non est insensibilis*’.

[] Et ex ista disponuntur duo syllogismi / ad modum praemittarum.

Et ita dictum est de propositionibus mediis enuntiatis secundum / primam figuram.

(2) ¶ <D>einde<sup>138</sup> dicendum est de illis mediis quae enuntiantur per secundam figuram.

Illa media enuntiatur per secundam figuram, in qua sequuntur duo proposita / non contradictoria ad duo contradictoria proposita, quarum alia est prima, et sic / usque ad octavam.

(2.1) Illa media enuntiata secundum secundam figuram est prima ~~in illo / ordine~~, quae constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex duabus af/firmativis, secunda ex [affirmativa et] negativa <et> affirmativa, ut haec ‘*Si cum Socrates est a(nimal), Socrates est animatus, cum Socrates / non est a(nimal), Socrates [non] est insensibilis*’.

Et ex ista disponuntur duo syllogismo, unus / per positionem

---

<sup>135</sup> negativa et affirmativa] aff(irmativ)a & neg(ativ)a B

<sup>136</sup> disponuntur] dispo(n)i B

<sup>137</sup> negativa et affirmativa] aff(irmativ)a & neg(ativ)a B

<sup>138</sup> <D>inde] <>vn() B

antecedentis, et alius per destructionem consequentis, et unus per de/structionem antecedentis et alius per positionem consequentis.

Per destructionem con/sequentis primae propositionis, hoc modo.

Si cum Socrates est a(nimal), Socrates est animatus,  
cum Socrates non est a(nimal),  
Socrates est / insensibilis,  
sed Socrates non est animatus,  
ergo Socrates non est insensibilis.

Et hoc probatur per me/dium, si de illo dubitatur, hoc modo.

Si Socrates est a(nimal), Socrates est animatus,  
ergo si<sup>139</sup> Socrates non est animatus, /  
Socrates non est a(nimal).

Et si Socrates non est a(nimal), Socrates est insensibilis,  
ergo si Socrates non est animatus, [Socrates est inanimatus, /  
ergo] Socrates est insensibilis.

Ab antecedenti.

Per destructionem consequentis secundae propositionis et positionem / consequentis primae, hoc modo.

Si cum Socrates est a(nimal), Socrates est animatus, etc,  
sed Socrates non est insensibilis, /  
ergo Socrates est animatus.

Et iste syllogismus probatur per medium, hoc modo.

Si Socrates non est insensibilis, Socrates / est a(nimal).

Ex vi inmediatorum.

Et si Socrates est a(nimal), Socrates est animatus.  
Igitur si Socrates non est insensi|71v|bilis,  
Socrates est animatus.

Ab antecedenti.

(2.2) Secunda constat ex duabus hypotheticis, quarum / prima constat ex duabus affirmativis, secunda ex duabus negativis, ut haec ‘*Si cum Socrates est / a(nimal), Socrates est animatus, cum Socrates non est a(nimal), Socrates non est rationale*’.

(2.3) Tertia constat ex duabus hypotheticis, / quarum prima constat ex affirmativa et negativa, secunda ex negativa et affirmativa, ut haec ‘*Si / cum Socrates <est> a(nimal), Socrates non est animatus, cum Socrates non est a(nimal), Socrates est insensibilis*’ . [Et ex istis disponuntur / syllogismi ad modum praemissarum].

(2.4) Quarta constat ex duabus hypotheticis, quarum / prima

---

<sup>139</sup> si] so a.c. B

constat ex affirmativa et negativa, secunda ex duabus negativis, ut haec ‘*Si cum Socrates [non] est / a(n)imal, Socrates non est animatus, cum Socrates non est a(n)imal, Socrates non est sensibilis*’.

(2.5) Quinta constat ex duabus / hypotheticis, quarum prima constat ex negativa et affirmativa, secunda ex duabus affirmativis, ut haec / ‘*Si cum Socrates non est a(n)imal, Socrates est insensibilis, cum Socrates est a(n)imal, Socrates est animatus*’.

(2.6) Sexta constat ex / duabus hypotheticis, quarum prima constat ex negativa et affirmativa, secunda ex affirmativa et negativa, / ut haec ‘*Si cum Socrates non est a(n)imal, Socrates est insensibilis, cum Socrates est a(n)imal, <Socrates> non <est> rationale*’.

(2.7) Septima con/stat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex duabus negativis, secunda ex duabus / affirmativis, ut haec ‘*Si cum Socrates non est animatus*<sup>140</sup>, *Socrates non est a(n)imal, cum Socrates [non] est animatus, Socrates est vitalis*’. /

(2.8) Octava constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex duabus negativis, / secunda ex affirmativa et negativa, ut haec ‘*Si cum Socrates non est animatus, Socrates non est a(n)imal, cum Socrates est animatus, / Socrates non est inanimatus*’.

Et ex omnibus istis disponuntur syllogismi ad modum praedictarum. / Et istae octo propositiones dicuntur inaequimodae, ideo quia ad idem affirmatum et negatum / sequuntur duo diversa proposita.

¶ <S>unt et aliae octo propositiones quae dicuntur aequi/modae, ideo quia idem affirmatum vel negatum anteced(it) ad duo diversa proposita. Idem / negatum, hoc modo: ‘*Si cum Socrates non est a(n)imal, Socrates est insensibilis, cum Socrates non est a(n)imal, Socrates est animatus*’. / In qua antecedit idem affirmatum, hoc modo: ‘*Si cum Socrates est a(n)imal, Socrates est animatus, cum Socrates est a(n)imal, Socrates / est insensibilis*’. Et ex istis disponuntur<sup>141</sup> syllogismi ut Boethius testatur.

(3) ¶ <D>ictum est / de illis propositionibus mediis quae enuntiantur per primam et per secundam figuam. Dicendum / est de illis quae enuntiantur per tertiam figuram vel quae sunt tertiae figurae.

Illa media enuntiatur |72r| per tertiam figuram, in qua duo proposita contradictoria quae sequuntur ad duo pro(posita) non contradictoria. Il/lae pro(positiones) sunt octo.

---

<sup>140</sup> animatus] ina(n)i(m)at(us) B

<sup>141</sup> disponuntur] dispo(n)i B

(3.1) Prima constat ex duabus hypotheticis propositionibus, quarum prima constat ex duabus / affirmativis, secunda affirmativa et negativa, ut haec ‘*Si cum Socrates est a(nimal), Socrates est animatus, cum Socrates est mortuus, Socrates non est / animatus*’.

Et ex ista disponuntur duo syllogismi.

Unus per positionem <antecedentis> primae hypotheticae et per destructionem antecedentis secundae / hypotheticae positam<sup>142</sup> in conclusione, hoc modo.

Si cum Socrates est a(nimal), Socrates est animatus,  
cum Socrates est mortuus, /  
Socrates non est animatus,  
sed Socrates est a(nimal),  
ergo Socrates non est mortuus.

Ab antecedenti. Et iste syllogismus pro/batur per medium, hoc modo.

Si Socrates est animal<sup>143</sup>, Socrates est animatus,  
et si Socrates est animatus, Socrates non est mortuus, /  
ergo si Socrates est a(nimal), Socrates non est mortuus.

Alius fit per positionem antecedentis secundae hypotheticae et per destructionem / antecedentis primae hypotheticae positam<sup>144</sup> in conclusione, hoc modo.

Si cum Socrates est a(nimal), Socrates est animatus, etc,  
sed Socrates / est mortuus,  
igitur Socrates non est a(nimal).

Et iste syllogismus probatur per medium, hoc modo.

Si Socrates est mortuus, / Socrates non est animatus<sup>145</sup>,  
et si Socrates non est animatus, Socrates non est a(nimal),  
igitur si Socrates est mortuus, Socrates non est a(nimal).

(3.2) Secunda constat / ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex duabus affirmativis, secunda ex duabus negativis, ut haec / ‘*Si cum Socrates est a(nimal), Socrates est animatus, cum Socrates non est corpus, Socrates non est animatus*’.

(3.3) ¶ <T>ertia constat ex / duabus hypotheticis, quarum prima constat ex negativa et affirmativa, secunda ex affirmativa et negativa, ut haec ‘*Si / cum Socrates non est animatus, Socrates est animatus, cum Socrates est a(nimal), Socrates non est animatus*’.

---

<sup>142</sup> positam] po(s)ita B

<sup>143</sup> animal] h(om)o B

<sup>144</sup> positam] po(s)ite B

<sup>145</sup> animatus] a(nimal) B

(3.4) ¶ <Q>uarta constat [con/stat] ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex negativa<sup>146</sup> et affirmativa, secunda ex duabus negativis, / ut haec ‘*Si cum Socrates non est insensibilis, Socrates est a(nimal), cum Socrates non est animatus, Socrates non est a(nimal)*’.

(3.5) ¶ <Q>uinta / constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex affirmativa et negativa, secunda ex duabus / affirmativis, ut haec ‘*Si cum Socrates est mortuus, Socrates non est animatus, cum Socrates est a(nimal), Socrates est animatus*’.

(3.6) ¶ <S>exta / constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex affirmativa et negativa, secunda ex negativa et affirmativa, / ut haec ‘*Si cum Socrates [non] est mortuus, Socrates non est animatus, cum Socrates non est insensibilis, Socrates est animatus*’.

(3.7) ¶ <S>optima constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex duabus negativis, secunda ex / duabus affirmativis, ut haec ‘*Si cum Socrates non est animatus, Socrates non est a(nimal), cum Socrates est sensibilis, Socrates est a(nimal)*’.

(3.8) ¶ <O>cta/va constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex duabus negativis, secunda ex negativa et affirmativa, / ut haec ‘*Si cum Socrates non est animatus, Socrates non est a(nimal), cum Socrates non est insensibilis, Socrates est a(nimal)*’.

Et ex omnibus istis |72v| disponuntur syllogismi sicut ex praemissis.

Istae pro(positiones) dicuntur aequimodae alia ratione quam praemissae. / Ideo dicuntur aequimodae, quia idem affirmatum et negatum sequitur ad diversa.

¶ <S>unt aliae octo / pro(positiones) quae dicuntur aequimodae alia ratione quam praemissae, ideo scil. quia idem affirmatum tantum / vel idem negatum tantum sequitur ad diversa.

Idem affirmatum tantum, ut in hac ‘*Si cum Socrates / est a(nimal), Socrates est animatus, cum Socrates est mortuus, Socrates est animatus*’.  
Et ex istis non fiunt syllogismi. Idem ne/gatum <tantum>, ut in hac ‘*Si cum Socrates non est animatus, Socrates non est a(nimal), cum Socrates non est sensibilis, Socrates non est animal*’.

### III.2

¶ <D>ictum est de mediis propositionibus<sup>147</sup> habentibus tres

---

<sup>146</sup> negativa et affirmativa] aff(irmativ)a & neg(ativ)a B

<sup>147</sup> propositionibus] p(ro) B

terminos solummodo. Nunc dicendum est quae habent<sup>148</sup> / quattuor terminos.

Earum sedecim sunt diversitatis<sup>ii</sup>.

(1) Prima constat ex duabus hypotheticis, quarum utraque / constat ex duabus categoricis affirmativis, ut haec ‘*Si cum Socrates est homo, Socrates est medicus, cum Socrates est animatus, Socrates / est artifex*<sup>149</sup>’.  
Et huiusmodi propositiones tales terminos habere debent, quod primus non possit esse sine tertio / et secundus sine quarto, primus et tertius possint esse cum secundo et tertio et sine illis.

Et ex ea dis/ponuntur duo syllogismi. Unus per positionem antecedentis, hoc modo.

Si cum Socrates est homo, Socrates est medicus,  
cum Socrates / est animatus,  
Socrates est artifex<sup>150</sup>,  
sed cum Socrates est homo, Socrates est medicus,  
ergo cum Socrates est a(nimal), Socrates est artifex. /

Et aliis per destructionem consequentis, hoc modo.

Sed cum Socrates est animatus, Socrates non est artifex,  
ergo cum Socrates est homo, Socrates / non est medicus.

(2) ¶ <S>ecunda constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex duabus affirmativis, / secunda ex affirmativa et negativa, ut haec ‘*Si cum Socrates est homo, Socrates est albus, cum Socrates est animatus, Socrates non est niger*’.  
/ Et ista exigit tales terminos, quod primus non possit esse sine tertio, et secundus non possit esse / cum quarto ~~in aliquo~~, et primus et tertius possint esse cum secundo et tertio et sine illis. Et ex / ista disponuntur <duo> syllogismi ad modum praemissae.

(3) ¶ <T>ertia constat ex duabus hypotheticis, quarum prima / constat ex duabus affirmativis, secunda ex negativa et affirmativa, ut haec ‘*Si cum Socrates est animatus, Socrates est medicus, cum Socrates / non est inanimatus, Socrates est artifex*’.  
Et ista debet habere tales terminos, quod primus non possit esse cum / tertio, secundus non possit esse sine quarto, primus <et tertius> possint<sup>151</sup> esse sine secundo et quarto et cum illis. Et ex / ista disponuntur duo syllogismi ad modum praemissarum.

(4) ¶ <Q>uarta constat ex duabus hypotheticis, quarum / prima constat ex duabus affirmativis, secunda ex duabus negativis, ut haec ‘*Si*

---

<sup>148</sup> habent] h(abe)ant *B*

<sup>149</sup> artifex] aurifex *B*

<sup>150</sup> artifex] aurifex *B*

<sup>151</sup> possint] p(os)sit *B*

*cum Socrates est homo, Socrates est albus, cum Socrates / non est animatus, Socrates non est niger*'. Et ista propositio exigit tales terminos, quod primus non possit esse cum tertio, secundus non possit esse |73r| cum quarto, primus et tertius possint<sup>152</sup> esse cum secundo et tertio et sine illis. Et ex ista disponuntur duo syllogismi ad modum praedictarum<sup>153</sup>.

(5) Quinta constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex affirmativa et negativa, secunda ex duabus / affirmativis, ut haec '*Si cum Socrates est homo, Socrates non est sanus, cum Socrates est animatus, Socrates est aeger*'. Et ista exigit tales terminos, quod pri/mus non possit esse sine tertio, et secundus non possit<sup>154</sup> esse cum quarto, et primus et tertius<sup>155</sup> possint<sup>156</sup> esse cum secundo et quarto / et sine illis.

Et ex ista disponuntur duo syllogismi ad modum praemissarum. Disponuntur etiam alii duo secundum / vim contrariorum immediatorum. Unus per destructionem antecedentis et destructionem consequentis, hoc modo.

Sed cum Socrates est homo, Socrates / est sanus,  
igitur cum Socrates est animatus, Socrates non est aeger.  
Et aliis per positionem antecedentis et per positionem consequentis, hoc modo. \*(A→B)→(C→D), C→D, B↔¬D |- A→B

Sed cum Socrates est animatus, / Socrates est aeger,  
ergo cum Socrates est homo, Socrates non est sanus.

(6) ¶ <S>exa constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex affirmativa / et negativa, secunda similiter, ut haec '*Si cum Socrates est homo, Socrates non est artifex, cum Socrates est animatus, Socrates non est medicus*'. / Et ista exigit tales terminos, quod primus non possit esse sine tertio, nec quartus sine secundo, primus et tertius possint<sup>157</sup> esse cum secundo / et tertio nec quartus sine secundo, primus et tertius possint<sup>158</sup> esse cum secundo et quarto et sine illis. Et ex ista disponuntur / duo syllogismi ad modum praemissarum<sup>159</sup>.

(7) ¶ <S>eptima constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex affirmativa / et negativa, secunda ex negativa et affirmativa, ut haec '*Si cum Socrates est <homo, Socrates non est sanus, si Socrates non*

---

<sup>152</sup> possint] poss(unt) B

<sup>153</sup> praedictarum] p(rae)dictor(um) B

<sup>154</sup> possit] pot(est) B

<sup>155</sup> tertius] s(e)c(un)d(u)s B

<sup>156</sup> possint] pot(est) B

<sup>157</sup> possint] pot(est) B

<sup>158</sup> possint] pot(est) B

<sup>159</sup> praemissarum] p(rae)missor(um) B

*est> animatus, Socrates est aeger’.* Et ista exigit tales terminos, quod primus non possit esse / sine tertio, secundus cum quarto, **primus** possit<sup>160</sup> esse cum secundo et quarto <et> sine illis. Et ex ista disponuntur duo syllogismi ad modum / praedictarum, et duo secundum vim contrariorum immediatorum.

(8) ¶ <O>ctava constat ex duabus hypotheticis, quarum prima / constat ex affirmativa et negativa, secunda ex duabus negativis, ut haec ‘*Si cum Socrates est animatus, Socrates non est artifex, cum Socrates non est in/animatus, Socrates non est medicus*’.

Et ista propositio exigit tales terminos, quod non possit esse primus cum tertio, et quartus non pos/sit esse sine secundo, primus <et tertius> possint<sup>161</sup> esse cum secundo et quarto et sine illis. Et ex ista disponuntur duo syllogismi ad / modum prae(missarum).

(9) ¶ <N>ona constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex negativa<sup>162</sup> et affirmativa, secunda ex / duabus affirmativis, ut haec ‘*Si cum Socrates non est inanimatus, Socrates est medicus, cum Socrates est animatus, Socrates est artifex*’.

Et ista / propositio<sup>163</sup> tales terminos exigit, quod primus non possit esse cum tertio nec cum<sup>164</sup> secundo et quarto, <primus et> tertius<sup>165</sup> possint<sup>166</sup> esse / cum secundo et quarto et sine illis. Et <ex> ista disponuntur duo syllogismi ad modum praedictarum.

(10) ¶ <D>eci/ma constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex negativa<sup>167</sup> et affirmativa, secunda ex [ne(gativa)] affirmativa et negativa, ut / haec ‘*Si cum Socrates non est inanimatus, Socrates est albus, cum Socrates est animatus, Socrates non est niger*’.

Et ista exigit tales terminos, quod / primus non possit esse cum tertio nec secundus cum quarto, primus et tertius possint esse cum secundo et quarto et |73v| sine illis. <Et ex ista disponuntur syllogismi ad modum praemissarum>.

(11) ¶ <U>ndecima constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex negativa<sup>168</sup> et affirmativa, secunda / ex negativa et affirmativa, ut haec ‘*Si cum Socrates non est inanimatus, Socrates est medicus, cum*

---

<sup>160</sup> possit] pot(est) B

<sup>161</sup> possint] possit B

<sup>162</sup> negativa et affirmativa] aff(irmativ)a (et) neg(ativ)a B

<sup>163</sup> propositio] p(ro) B

<sup>164</sup> cu(m) s(e)c(un)do (et) q(ua)rto sic B, sed fortasse secundus sine quarto legendum

<sup>165</sup> tertius] t(er)tio B

<sup>166</sup> possint] pot(est) B

<sup>167</sup> negativa et affirmativa] af(firmativa) (et) ne(gativa) B

<sup>168</sup> negativa et affirmativa] aff(irmativ)a (et) ne(gativa) B

*Socrates non est invitalis, Socrates est artifex'. / Et ista debet habere tales terminos, quod primus<sup>169</sup> non possit esse sine tertio, secundus vero sine quarto, primus / et tertius non<sup>170</sup> possint<sup>171</sup> esse cum secundo nec quarto.* <Et ex ista disponuntur syllogismi ad modum praemissarum>.

(12) ¶ <D>uodecima constat ex duabus hypotheticis, quarum / prima constat ex negativa et affirmativa, secunda ex duabus negativis, ut haec '*Si cum Socrates non est inanimatus, Socrates est albus, / cum Socrates non est invitalis, Socrates non est niger*'.

Et ista debet habere tales terminos, quod primus<sup>172</sup> non possit esse sine / tertio, secundus non possit<sup>173</sup> esse cum quarto, primus et tertius possint<sup>174</sup> esse cum secundo et quarto et sine illis.

Et / ex ista<sup>175</sup> disponuntur syllogismi ad modum praedic(tarum).

(13) ¶ <T>ertia decima constat ex duabus hypotheticis, quarum / prima constat <ex duabus negativis, secunda> ex duabus affirmativis, ut haec '*Si cum Socrates non est irrationalis, Socrates non est sanus, cum Socrates est rationalis, Socrates est / aeger*'.

Et ista exigit tales terminos, quod primus non possit esse cum tertio, nec secundus cum quarto, primus et tertius / possint esse cum quarto<sup>176</sup> et sine eo.

Et ex ista disponuntur duo syllogismi secundum vim antecedentis et consequentis, et duo / alii secundum vim contrariorum inmediatorum.

(14) ¶ <Q>uarta decima constat ex duabus hypotheticis, / quarum prima constat ex duabus negativis, secunda ex affirmativa et negativa, ut haec '*Si cum Socrates non est inanimatus, / Socrates non est artifex, cum Socrates non est inanimatus, Socrates non est medicus*'.

Et ista debet habere tales terminos, quod primus / non possit esse cum tertio, nec cum secundo nec cum quarto, quartus non possit esse sine secundo, <primus et> tertius possint<sup>177</sup> esse cum secundo / et quarto et sine illis.

Et ex ista disponuntur duo syllogismi ad modum praedictarum.

---

<sup>169</sup> p(ri)m(us) n(on) possit e(ss)e sin(e) t(er)tiio *sic B, sed fortasse* tertius non possit esse sine primo *legendum*

<sup>170</sup> no(n) pot(est) e(ss)e cu(m) s(e)c(un)do nec q(ua)rto *B, sed fortasse* possint esse cum secundo et quarto et sine illis *legendum*

<sup>171</sup> possint] pot(est) *B*

<sup>172</sup> p(ri)m(us) n(on) p(os)sit e(ss)e sin(e) / t(er)tiio *sic B, sed fortasse* tertius non possit esse sine primo *legendum*

<sup>173</sup> possit] pot(est) *B*

<sup>174</sup> possint] poss(unt) *B*

<sup>175</sup> ista] istis *B*

<sup>176</sup> q(ua)rto (et) sine eo *sic B, sed fortasse* secundo et quarto et sine eis *legendum*

<sup>177</sup> possint] pot(est) *B*

(15) ¶ <Q>uinta decima / constat ex duabus hypotheticis, quarum prima constat ex duabus negativis, secunda ex negativa et affirmativa, ut haec ‘*Si cum Socrates non est / inanimatus, Socrates non est sanus, cum Socrates non est vitalis, Socrates est aeger*’ . Et ista exigit tales terminos, quod primus non possit<sup>178</sup> esse sine tertio, / secundus non possit<sup>179</sup> esse cum quarto, primus non possit<sup>180</sup> esse cum secundo nec quarto nec tertius similiter. Et ex ista disponuntur quattuor syllogismi, / duo secundum vim antecedentis et consequentis, et duo secundum vim inmediatorum contrariorum.

(16) ¶ <S>exta decima constat ex / duabus hypotheticis, quarum prima constat ex duabus negativis, secunda similiter, ut haec ‘*Si cum Socrates non est inanimatus, Socrates <non> est ar/tifex, cum Socrates non est invitalis, Socrates non est medicus*’ . Et ista propositio debet habere tales terminos, quod primus<sup>181</sup> non possit esse sine / tertio, quartus non possit<sup>182</sup> esse sine secundo, primus non possit<sup>183</sup> esse cum secundo nec cum quarto nec tertius similiter. Et ex ista disponuntur / duo syllogismi ad modum praedictarum.

#### <De disiunctis>

¶ <N>unc de disiunctis propositionibus<sup>184</sup> dicendum est.

Quarum talis fit divisio. / Disiunctarum propositionum<sup>185</sup> (1) alia constat ex duabus affirmativis, (2) alia ex duabus negativis, (3) alia ex affirmativa et negativa, (4) alia ex negativa et affirmativa. |74r|

(1) Illa, quae constat ex duabus affirmativis, debet disponi, ad hoc ut sit vera, secundum vim inmed(iatorum) contrariarum; et potest constare / ex duabus singularibus vel particularibus vel indefinitis vel ex particulari et universalis. Ex duabus singularibus, hoc modo: ‘*Aut Socrates est sanus, aut est aeger*’ ; <ex duabus particularibus, hoc modo>: ‘*Aut quidam homo est sanus aut quidam homo est aeger*’ ; <ex duabus indefinitis, hoc modo>: ‘*Aut homo est sanus aut / homo est aeger*’ ; <ex particulari et universalis,

---

<sup>178</sup> possit] pot(est) B

<sup>179</sup> possit] pot(est) B

<sup>180</sup> possit] pot(est) B

<sup>181</sup> p(ri)m(us) n(on) possit e(ss)e sin(e) / t(er)tio sic B, sed fortasse tertius non possit esse sine primo legendum

<sup>182</sup> possit] pot(est) B

<sup>183</sup> possit] pot(est) B

<sup>184</sup> propositionibus] p(ro) B

<sup>185</sup> propositionum] p(ro) B

hoc modo>: ‘*Aut quidam homo est sanus aut omnis homo est aeger*’.

Dicit Boethius (*De syl. hyp.* 874B21-C1) quod disiuncta constans ex duabus / affirmativis aequipolle conditionali simplici constanti ex negativa et affirmativa. Unde *quidam*, male intelligen/tes verba Boethii, dicunt quod omnis disiuncta vertitur in coniuncta. Sed male dicunt, quod non aequipolle / ei in significatione, sed in dispositione syllogismorum, quia tot syllogismi disponuntur ex ista, scil.<sup>186</sup> ‘*Si Socrates non est / sanus, Socrates est aeger*’, tot ex ista ‘*Aut Socrates est sanus aut Socrates est aeter*’.

Et quattuor ex ista, / hoc modo. Unus per positionem antecedentis, et aliis per destructionem consequentis et positionem antecedentis, aliis per destructionem antecedentis et positionem consequentis, / aliis per positionem consequentis et destructionem consequentis.

<Per positionem et destructionem> antecedentis, hoc modo.

Aut Socrates est sanus, aut Socrates est aeger,  
sed Socrates est sanus, /  
ergo Socrates non est aeger.  
Sed Socrates non est sanus,  
ergo Socrates est aeger.

Per positionem et destructionem consequentis, hoc modo.

Aut Socrates est sanus, aut / Socrates est aeger,  
sed Socrates [non] est aeger,  
igitur <Socrates non> est sanus.  
Sed Socrates non est aeger,  
ergo Socrates [non] est sanus.

Similiter dis(ponuntur) syllogismi in par(ticularibus) et indef(nitis) / et illa quae constat ex particulari et universalı.

(2) Et contradictorio modo debet destrui <illa, quae constat ex duabus negativis>.

(3) <----->

(4) ¶ <I>lla, quae / constat ex negativa et affirmativa, debet dis(ponere) secundum vim partis et totius vel secundum vim parium. Et in singularibus vel par(ticularibus) vel ex par(ticulari) / et universalı, ut haec ‘*Aut Socrates non est homo aut Socrates est risibilis*’, secundum vim partis et totius hoc modo.

~~Aut Socrates non / est homo, aut Socrates est animal,~~  
~~Aut quidam homo non est risibilis,~~

---

<sup>186</sup> scil.] .f. B

~~aut quidam homo est animal,~~  
~~Aut quidam homo non est risibilis,~~  
~~aut omnis homo est animal.~~

Et / huiusmodi propositiones sunt<sup>187</sup> similes conditionali simplici constanti ex duabus affirmativis, quia quot syllogismi dis(ponuntur) / ex una, tot ex al(ia), quia syllogismi sunt similes in hoc quod habent eandem assumptionem et conclusio/nem. Et ex ista dis(ponuntur) duo syllogismi ad modum praemissarum.

¶ <M>odo sciendum est quod disiunctae / propositiones<sup>188</sup> convenient cum connexis in dispositione syllogismorum, quia quot syllogismi disponuntur ex illis, tot ex istis. / Sed in hoc differunt, quia ex connexis fiunt syllogismi per positionem antecedentis, ex istis autem non nisi sint dispositae / secundum vim contrariorum inmediatorum. Et in hoc alio differunt, quia, quando syllogismi disponuntur ex connexis, si antecedens / ponitur, et consequens ponitur, et si consequens destruitur, et antecedens destruitur; sed hoc non contingit in / istis, immo quando antecedens ponitur, et consequens destruitur, et quando consequens destruitur, et antecedens ponitur. / Et in modo proponendi differunt, quia connexae convenient aliquid ex alio, sed istae quandoque innuunt<sup>189</sup> |74v| unum adesse alicui et aliud abesse.

Et ita dictum est de disiunctis propositionibus.

#### <De modalibus>

¶ <N>unc dicendum est de diversitate quarumdam categoricarum propositionum.

Pro qua innuenda talis fit / divisio. Categoricarum propositionum alia est de puro inesse, quae enuntiatur sine modo, ut ‘Socrates est homo’ ‘Socrates legit’ et con/similes, <alia est modalis>. Illae dicuntur modales, quae enuntiantur cum modis, ut ‘Socrates bene logit’ ‘Socratem legere est possibile’. /

Modi dicuntur illae [pro(positiones)] voces, quae positae in propositionibus ostendunt qualiter significatio alicuius verbi conve/niat alicui, ut ‘bene’ et ‘male’ et ‘fortiter’ et consimiles. Vel modi dicuntur voces illae, quae positae / in propositionibus mutant prolationem propositionis de puro inese, ita quod de nominativo faciunt accusativum et

---

<sup>187</sup> propositiones sunt similes] p(ro). e(st) simil’ *B*

<sup>188</sup> propositiones] p(ro) *B*

<sup>189</sup> innuunt] inniu(n)t *B*

de / verbo indicativo faciunt infinitivum, ut ‘possibile’ et ‘impossible’ ‘contingens’ ‘contingit’ / et ‘necesse’, ‘verum’ et ‘falsum’, ‘congruum’ ‘oportet’ et consimiles hoc modo mutant ‘*Socrates legit*’ ‘*Socratem legere est possi/bile*’. [] Et sciendum est quod Aritoteles non tractavit de illis propositionibus in quibus ponuntur adverbiales<sup>190</sup> modi, / sed<sup>191</sup> de illis in quibus sunt termini praedicati huiusmodi voces, scil. ‘possibile’ et ‘impossible’ ‘contingens’ / et ‘necesse’. Hac<sup>192</sup> ratione tractavit de istis et non de illis, quia maior dubitatio habebatur de istis / quae cui esset contraria et quae subcontraria et que subalterna et contradictoria et aequipollens, quam de aliis.

Quarum / talis fit divisio. Modalium propositionum, in qua ponuntur nominales sive verbales modi, (1) aliae sunt primi ordinis, / (2) aliae secundi, (3) aliae tertii, (4) aliae quarti.

(1) ¶ <I>llae modales propositiones sunt primi ordinis, in prima quarum praedicatur ‘possi/bile’ de subiecto non habente negatione, in secunda removetur ‘impossible’ ab eodem, in tertia removetur ‘ne/cesse’ a subiecto differente a subiecto primae et secundae per negationem quam habeat, ut istae ‘*Socratem legere est / possibile*’ ‘*Socratem legere non est impossible*’ ‘*Socratem non legere non est necesse*’.

Sciendum est quod huiusmodi voces, scil. / ‘possibile’ et ‘non possibile’ ‘contingit’ et ‘necesse’, positae in propositionibus, quocumque ordine proferantur, semper sunt praedicati / termini.

(2) ¶ <S>ecundi ordinis sunt illae, in prima quarum praedicatur ‘possibile’ de subiecto habente negationem, in secunda / removetur ‘impossible’ ab eodem, in tertia removetur ‘necesse’ a subiecto differente a subiecto primae et secundae / per negationem qua caret, ut istae ‘*Socratem non legere est possibile*’ ‘*Socratem non legere non est impossible*’ / ‘*Socratem legere non est necesse*’.

(3) ¶ <T>ertii ordinis sunt illae, in prima quarum removetur ‘impossible’ / a subiecto non habente negationem, in secunda praedicatur ‘impossible’ de eodem, in tertia praedicatur necesse de subiecto / differente a subiecto primae <et> secundae per negationem quam habet, hoc modo: ‘*Socratem legere non est impossible*’ ‘*Socratem legere est impossible*’ ‘*Socratem non legere est*<sup>193</sup>

<sup>190</sup> adverbiales] ad u(er)biles *B*

<sup>191</sup> sed] nec *B*

<sup>192</sup> Hac] ac *B*

<sup>193</sup> *Cetera desunt*

---

<sup>i</sup> *Perhaps we should read:*

Per destructionem antecedentis, hoc modo.

Si Socrates non est animatus,  
cum Socrates est insensibilis, Socrates est invitalis,  
sed Socrates est sensibilis,  
ergo si Socrates non est animatus, Socrates est invitalis.

Per positionem consequentis, hoc modo.

Si Socrates non est animatus, etc,  
sed Socrates est vitalis,  
ergo si Socrates non est animatus, Socrates est insensibilis.

ii

1 $(A \rightarrow B) \rightarrow (C \rightarrow D)$	AsineC, BsineD
2 $(A \rightarrow B) \rightarrow (C \rightarrow \neg D)$	AsineC, BcumD
3 $(A \rightarrow B) \rightarrow (\neg C \rightarrow D)$	AcumC, BsineD
4 $(A \rightarrow B) \rightarrow (\neg C \rightarrow \neg D)$	AcumC, BcumD
5 $(A \rightarrow \neg B) \rightarrow (C \rightarrow D)$	AsineC, BcumD
6 $(A \rightarrow \neg B) \rightarrow (C \rightarrow \neg D)$	AsineC, <u>DsineB</u>
7 $(A \rightarrow \neg B) \rightarrow (\neg C \rightarrow D)$	AcumC, BcumD
8 $(A \rightarrow \neg B) \rightarrow (\neg C \rightarrow \neg D)$	AcumC, <u>DsineB</u>
9 $(\neg A \rightarrow B) \rightarrow (C \rightarrow D)$	AcumC, BsineD
10 $(\neg A \rightarrow B) \rightarrow (C \rightarrow \neg D)$	AcumC, BcumD
11 $(\neg A \rightarrow B) \rightarrow (\neg C \rightarrow D)$	<u>CsineA</u> , BsineD
12 $(\neg A \rightarrow B) \rightarrow (\neg C \rightarrow \neg D)$	<u>CsineA</u> , BcumD
13 $(\neg A \rightarrow \neg B) \rightarrow (C \rightarrow D)$	AcumC, BcumD
14 $(\neg A \rightarrow \neg B) \rightarrow (C \rightarrow \neg D)$	AcumC, <u>DsineB</u>
15 $(\neg A \rightarrow \neg B) \rightarrow (\neg C \rightarrow D)$	<u>CsineA</u> , BcumD
16 $(\neg A \rightarrow \neg B) \rightarrow (\neg C \rightarrow \neg D)$	<u>CsineA</u> , <u>DsineB</u>